
















# Commentarius DE GENERIBVS DIVINATIONVM, AC GRAECIS LATINISQ; EARVM VOCABVLIS,

Autore

Ioachimo Camerario Pabepergensi.




LIPSIAE.

CVM PRIVILEGIO.

NOBILITATE GENERIS, AVTORITATE, ERVDITIONE doctrinæ, ſapientia, ampliſsimo ornatiſsimoq́;, ac virtute ſtrenuo V. Dn. HENRICO à Ranzauu, Sereniſsimi Regis Daniæ in Ducatu Sleſuicenſi, & Holſato, ac Dithmarſia legato: Præſidi Segebergenſi: Domino in Bredemberg, &c. Domino S. obſeruando

S. D.

IN OMNIBVS omnium autorum ſcriptis, quæ & hactenus, inde vſq; ab initio huiuſmodi ſcriptionum, de quo alibi quæritur, edita ſunt, & edentur deinceps, conſiderantur hæc duo: argumentum ſcilicet, & eius, quod auctor ſibi ſumſit explicandum, & ingenio ſuo, atq; induſtria quaſi conformandum, tractatio, atq; elaboratio. Atq; ex his cùm argumentum bonum, & vtile, at-

que, vt ita dicam, honestum esse oportet, tùm elaborationem ipsius artificiosam, & eruditam, siquidem opus, quod extunditur, (vt cum poëta loquar) posteritatem ferre, id est, viuere, & durare, & manibus hominum versari, legendoq; conteri debeat. Sicut enim qui miscuit vtile dulci, in poësi, Flacco teste, omne tulit punctum: ita quæ scripta res præclaras, benè & vtiliter tractant, præcipuã laudem merentur, cum tam argumento illa quidem, quàm elaboratione lectioni doctorum hominum, & eruditorum commendentur. Quæ verò talia sunt, ea ἔντεχνα appellare liceat in præsentia, & ἄτεχνα his contraria, quæ tabernas & officinas instruunt, piperque conuestiunt. Etsi enim aliquando literis pænè intermortuis in precio fuerunt ea etiam scripta, quæ bonas res malè docebant,

bant, argumenti nimirùm bonitate aliquantiſper ea conſeruante: poſtquam tamen à doctis, & eruditis tractari eadem cœpêre, confeſtim illa quidem euanuerunt, ſicut luci cedentes tenebræ. Mandare etiam quenquam literis cogitationes ſuas, qui eas neq; elaborare nouerit, neque vllo modo intelligentium probare lectioni, hominis eſt, vt moderatiſſimè dicam, intemperanter abutentis ocio & literis, quod etiam Cicero ſcribit. Quod ſi artificioſa, & erudita elaboratio impendatur argumentis leuibus, & futilibus, aut malis etiam, & nocentibus vitæ, moribus, & ſaluti hominum, quæ inde exiſtunt ſcripta ματαιότεχνα appellantur, & κακότεχνα: qualia ſunt, quæ artem amandi, aut aleam tradiderunt, & ἀρρητοποιΐας cõmendarunt, (vtamur enim veterum exemplis minus quàm recenti-

centium, ſeu noſtrorum hominum odioſis) & obſcena poëmata alia, quibus tanquam colloquijs prauis, boni mores corrumpuntur. Hæc igitur quatuor hoc modo genera conſtituere poſſumus, quib. comprehendantur, quæ ſub hæc cadere oportet ſcripta vniuerſa, tam argumenti, quàm elaborationis reſpectu, argumenti tamen inprimis. Nam quæ futiles aut malæ res ſunt, eæ, vt naturam ſuam mutent, aut exuant, nulla tractatione, aut elaboratione, nullaque operis cultura, expolitioneq; perfici poteſt, & τέχνην propriè eius eſſe, quod bonum & honeſtum eſt, diſputant: quæ tamen omnia de ijs duntaxat accipienda veniunt, quæ humani ingenij propria ſunt, τὸ θεῖον γὰρ ἐξαίρω λόγου. In quo artificioſa elaboratio non quæritur, neque ſpectatur, ſed fidei accommoda ſimplicitas. De quo

ſcili-

scilicet peculiari opus esset disquisitione, quam non sumo mihi in præsentia. Sed κακότεχνον genus latius patet, quod & in multa bona, ac vtilia argumenta, vitio eorum, qui inscitè, aut impudenter ea tractant, sese implicat. In qua parte inprimis sit lubrica, & periculosa eius argumenti explicatio, quod huius libelli index profitetur, & scriptum ipsum persequitur, quantumuis per se sit speciosum, & arduum. De diuinatioue enim verba facere eiusmodi est, vt omnium sapientum attentionem excitet, præsertim in ecclesia, & populo Dei, qui solus potest hac de re disserere aliquid, operamq́; in ea explananda nauare. Quanti enim momenti res sunt? & quàm difficiles ad explicandum? si tamen explicari satis illæ quidem possunt. Nam & de causis diuinationis disserere, quæ, & quales sint, & osten-

dere, quæ cùm in natura, tùm extra hanc, facultatem talem commoueant, & quomodo eam commoueant, id eiusmodi est, vt conatus saltem in his periculo non vacet. Sunt enim & Physicæ, & externæ δυνάμεις, & mixti ex vtroque generis, cum externæ causæ illæ quidem aliâs naturam assumant, & adminiculis huius ad effectiones suas vtantur, aliâs sine his virtute propria in hominibus perficiant, quod agunt, aliâs à bona quadam potentia, aliâs à mala existant, quæ scilicet iam potestatis erunt vel diuinæ, vel diabolicæ. Atq; vt hæc excutere singula difficilimum est, ita multò difficilius dijudicare, & discernere spiritus, & effectiones horum, siue à Deo emanent, siue ab hostibus Dei, & omnium operũ eius, & naturæ vniuersæ (quantum quidem in ipsis est) destructorib. diabolis

polis proficiſcantur : præſertim cum ita hoc ſit impeditum, vt in prima eccleſia Spiritus ſanctus peculiari dono ſuo ea de re iudicium ſanctis conferre neceſſe habuerit. Etſi vna quædam nota eſt ſatis illa quidem euidens, ac manifeſta, quòd ſpiritus prophetarum ſubiectus eſt prophetis, & quæ in homine occupat, ea illuſtrat, & meliora facit, nullam vim affert, nihil deformat, aut detorquet, vt nihil fiat ἀνηθοποίητον, multò minus immane aliquid, & abhorrens: Alter autem ſpiritus eos, quos inuadit, ita exercet, ſicut in Sibylla Maroniana videre eſt, cui

*non vultus, non color vnus,*
*Non comtæ manſêre comæ, ſed pectus anhelum*
*Et rabie fera corda tument.*

Quid? quod & ipſa

*immanis in antro*
*Bacchatur vates, magnum ſi pectore poßit*
*Excußiſſe Deum. tantò magis ille fatigat*
*Os rabidũ, fera corda domans, fingitq́; premendo.*

 Omni-

Omnino enim ibi, vt Latini locuti fuerunt, vaticinatur, & inſanit Cumæa illa ἐγγαστρίμυθος: vnde & vaticinari inſanire eſt Latinis. Multa tamen hic idem malus ſpiritus abſq; vi, & detorſione tali cultoribus ſuis communicat, quos vel non totos inuadit, & occupat, aut prorſus etiam non inuadit, ſed qui commercio duntaxat, & conſuetudine, atq; miniſterio eius vtuntur externo. Quod cum vſuuenit, tum ſcilicet κριτήρια requiruntur alia, & inprimis, vt quid natura poſſit, quid non poſſit, conſideretur. Quibus tanquam limitibus circumſcribi res poteſt, ſi conſtituatur, quid illarū diuinationum ferat, quid non ferat Chriſtiana pietas: cetera finis prodit, ad quē illæ tendunt, & conſilium, ſicut & τερατουργίαν diabolicam, de qua eſt Deut. cap. 13. Generibus autem diuinationes diſtinguere, & ex-

empla harum ex ſcriptis veterum congerere, minus eſt operoſum doctis, cum res ipſa laborioſa magis ſit, quàm ingenium requirat & doctrinam: & hæc tamen alij alijs rectius perſpiciunt, & melius, & luculentius: quanquã hîc etiam multi multa vident, omnes autem omnia, vt de pictorum operibus ſcribit Ariſtoteles, vnus verò nunquam videt omnia. De his igitur tantis rebus aliqui ſic ſcripſerunt, vt non tantum nihil explicarent eorum, quæ debebant, aut vtiliter monerent, aut docerent aliquid, ſed contra potius ea dicerent, & demonſtrarent, quæ curioſitatem hominum commouerent, atque augerent cupiditatem cognoſcendi ea, quæ ſatius erat ignorari. In qua parte magis ſunt ridiculi ij, qui cum refutanda ſibi hæc ſumant, refutando ac refellendo illa ipſa docent, faciuntq; vt ἐντεχνα

ſua

ſua abeant in κακότεχνα. Aliqui enim prorſus ad Magiæ κακοτεχνικὰ delabuntur, cum abſque hoc vel ſua ſponte diſputationibus huiuſmodi, & ſcientiæ atq; tractationi diuinationum vel minimè ſuperſtitioſarum, mirabiliter ſe ingerere, ac miſcere ſuperſtitio ſoleat, id quod in erudita illa ex aſtris diuinatione attendentibus non eſt obſcurum. Memini etiam quid quibuſdam acciderit, qui per luſum ſortes aliquando exquiſiuerunt ex verſibus Virgilianis. Itaque inter beneficia Dei non poſtremo loco cenſendum eſt, quod Hetruſcarũ artium libri omnes ſublati ſunt, auguriorum, extiſpicinæ, omnium præſenſionum denique aliarum. His enim multò magis abuſuri eſſent homines, quàm Solomonicis ἰαμάτων, quib. amiſſis eſt aliquantò plus damni factum. Quos igitur Ptolemæus prædictionibus ex

aſtris

ſtris præfinit, eos vniuerſæ diui-
nationi humanæ limites, ac gene-
ribus huius ſingulis pangere nos
oportet, τὸ φυσικὸν, καὶ τὸ δυνατόν.
Ceteræ enim, quæ ſunt mixti ge-
neris, & habent aliquid cùm φυ-
σικὸν, tùm etiam externum, aut
naturæ captum prorſus ſuperant,
aut totæ ſunt potentiæ cuiuſdam
alienæ. Ad hæc igitur genera duo
pertinet, & aſſumendum eſt ter-
tium κριτήριον, quæ eſt δοκιμασία ſpi-
rituum, vt hac ratione tres omni-
no ſtatuantur normæ, ac regulæ
cuiuſcunq; diuinationis, ad quas
attendere oportet eum, qui hac
de re iudicium ferre, ſeq; & alios
inſtruere atque informare velit.
Atq; de toto hoc genere libenter
cognouiſſem diſputationes patris
mei, ætate præſertim ipſius tam
prouecta, atque hoc rerum vſu, &
experientia, (neq; enim poſſum
negare, auidè me illas requirere,

&, cur

&,cur desideriũ hoc meum ad alios dissimulem, causam non video, quas omnino existimo eum huic scripto præmissurũ fuisse, si, ferente ita voluntate diuina, vita ipsi eò vsq; producta fuisset, vt opusculo huic summam, quod dici solet, manum addere ei licuisset. Nam tametsi & alibi, tum præcipuè in conuersionibus Plutarchicis suis, aliquid illarũ attigerit, huius tamen scripti argumentũ plenius ei quiddam ac luculentius extorsisset, in quo quidẽ ipsi ex professo de eo, quod res postulabat disserendum fuisset. Sed τίς πατέρ' αἰνήσει; quem etsi & bonis literis, & nostræ familiæ conseruatum esse diutius, non possum nõ optare, eo tamen tempore,& ætate tam grandi ab æterno Deo euocatũ esse ipsum ex his calamitosissimis terris animaduerto, vt diutius superstiti bene forsan esse non potuisset. A tuo autem,

Nobiliſs. ac generoſiſſime Ranzo-
ni, liberalis cognitionis infinito
ſtudio, huius ſcripti occaſio exti-
tit, & patri meo, vt illud inſtitue-
ret, cauſa allata eſt, vt ſi qui volu-
ptatis aut etiam fructus aliquid ex
illius lectione percepturi ſunt, ij
Tuæ nobilitati gratias debeant,
quod te ipſum excitãte, atq; adeo
nominis tui, & autoritatis reſpe-
ctu impellente, hæc ſint eis ab au-
tore procurata omnia. Cum enim
ſuperiorib. annis per literas ab eo
de annis climactericis quæreres, &
ſcholam huius doctrinæ aliquam
expetere videreris, paulò poſt, vt
obſequeretur honeſtiſſimo & libe-
raliſſimo ſtudio tuo, inter curas &
ægritudines animi multiplices,
quas augere quoq; illi cœperat lu-
ctus domeſticus grauis admodũ,
mortua ipſi vxore, matre noſtra
optima, tum inter notæ omnibus
inualetudinis moleſtias, hoc me-
ditari

ditari cœpit, ac tandem, quod in hoc ineſt libello, de his perſcripſit & confecit. Vt autem plenius hoc ſcriptum fieret, & tuæ cupiditati luculentius gratificaretur, atque inſeruiret, quaſi auctariũ hoc addidit, quod de ceteris diuinationib. adiunctum vides, ne nudi ad te climacteres tui venirent. Cum quidem de his ipſis & ſolis etiam quærere, non poſſit in doctrina liberali quenquã dedecere. Quis enim eruditæ cognitionis cupidus non expetat ſcire, quare ſeptimum, & nonum annum in vita humana quaſi flexus quoſdam, & ſcalarum gradus, ætati fecerint ſapientes veteres? quibus nitatur ingreſſio, vel ſcanſio potius huius, (puto enim hos eſſe κλίμακας, etiamſi quibuſdam non climacteres ſint, ſed clemacteres) & cur interiectorum annorũ non æquè ratio habeatur. Nouenarij

tamen

men obſeruatio recentior eſt, & Platone primùm introducta putur, quòd Plato vitæ humanæ ibuerit annos XXCI. cuius nueri nouenarius eſt πυθμὴν, id t, radix quadrata, vt Logiſtici oſtri nominant, & alludunt ad lum numerum preces Moſe, uæ inter Pſalmos ſunt loco XC. t inde ſuſpicari alicui liceat, Plaonem hoc in Aegypto didiciſſe. tſi quomodo eludi hæc tota aniquitatis obſeruatio ſoleat ab obrectatoribus nonnullis nimiùm apientibus, non ignoro. In annos enim (inquiunt) climactericos, & his tempus proximum incidere ſolere dicitis euentus notros grauiores, hi ſunt nonus, & eptimus, ergo etiam octauus, aiunt, & ſextus, & decimus non carebunt periculo, qui ſeptimum & nonum proximè præcedunt, & equuntur. Tribuatur iam vtriq;

climacteri tanquam in diebu
criticis ſua ἔνδειξις, vt verbi cau
ſa, quartus de ſeptimo, & quin-
tus de nono indicet, ita relin-
quentur tantùm monas, dyas, &
trias, quas & ipſas ἐνδείξεων ἐνδείξεις
ſi faciamus, nihil erit in decade tu-
tum à climactere, vel hæc potius
tota climacter erit, nec poterit
errare diuinatio. Sic riſerunt Epi-
curei hypotheſes Geometricas,
Briarei exemplo. Si enim cen-
tum, dixerunt, manus ille habere
ponatur, non erit amplius incon-
ſentaneum, quod de digitorum
numero concludetur. Sed de re
vt cognoſcas, mitto Tuæ genero-
ſæ Nobilitati ſiue commentatio-
nem hanc, ſiue ſcholam potius
patris mei, & eam quidem typis
expreſſam publicè, cum ij, qui-
bus teſtamento cenſuram & iu-
dicium de ſuis ſcriptis cognoſcen-
di, ſtatuendiq; permiſit, editio-
nem

nem haud improbarent, vel salem mihi permitterent, ne desiderium tuum studij liberalis deneretur amplius in eo cognoscendo, de quo scire expetiuisti. n ceteris diuinationum generibus animaduertere licet, hanc eum tractationem, vt ita dicam, ραμματικωτέραν esse voluisse, cum atina & græca vocabula duntaxat malarum artium, in plærisq; colligere & explicare satis habuerit. Itaque fieri poterit, vt multi è lectoribus aliquid requirant amplius. Sed omnia cuiuscunq; modi sint velle cognoscere, curiosum est, eorum verò, quæ liberalem cognitionem habent, studio teneri, φιλομαθείας est proprium. Et illa πολυμαθημοσύνη, nullarumq; rerum & artium ignoratio non tantùm κενεωτάτη est, secundum græci Epigrammatis sententiam, sed in malas etiam, & relligioni, &

 pietati

pietati contrarias artes vt abeat oportet, quales ſunt Magicæ, quas propter idololatriam ferro & igni perſequitur eccleſia. In quas nimirum, ſed occaſionibus alijs, plæriq; delati fuêre ex poſterioribus Platonicis, de quorum etiam nonnullis ſupplicium ſumtum eſſe ſcribitur. Id quod propter eos, qui ſcripti huius breuitati fortaſſis ſuccenſebunt, obiter monendum putaui, vt non ignorarent in huius argumenti explanatione periculoſam eſſe admodum verboſitatem, intelligerentque minimè propoſitum hoc autori fuiſſe, vt verboſiorem reliquis tractationem impenderet. Tuæ verò generoſæ Nobilitati, ſapientiæ, & doctrinæ multiplici, & debitum hoc, & deſtinatum patris mei ſcriptum mitto, atque more iam à Ptolemæorum vſque temporibus recepto, inſcribo, & de-

dico,

ico , quod eſt inter opera eius
enultimum. Nam præter hoc in-
ituerat & aliud aduerſus ſemido-
tum quendam Pontificium , qui
c doctrinam veram eccleſiarum
oſtrarum , & ſtudium diligentiæ
c pietatis, quod celebrando ſum-
num virum, & amicum ſuum Phi-
ippum Melanchthonem nauaue-
rat pater meus, ineptiſſimo ſcripto
naledicè inſectatus eſt. Confido
autem Tuam generoſam Nobili-
tatem benignè accepturam cùm
patris mei in ſcribendo operam,
tùm meum in edendo, & mitten-
do libello hoc ſtudium gratum
habituram, id quod & reuerenter
oro te, vt facere velis, atq; vt me,
& fratres meos hæredes eſſe ſinas
beneuolentiæ eius , qua patrem
noſtrum complexus es, te obte-
ſtor, qui hoc vnicè ſtudemus , vt
ne ſimus ipſo indigna ſoboles. Et
quanquam pari cum parente no-

ſtro contentione promereri illam non poſſumus, in te tamen colendo & obſeruando non erimus ipſo inferiores, id quod & nos facere decet, & à nobis quouis tempore fiet ſtudioſè. Etiam hoc φιλοσόφημα meum, ad quod, contra decorum & meæ & tuæ perſonæ, cauſa me adegit, quam agendam ſuſcepi, vt ſapientia & doctrina tua humaniter accipiat oro. Quando enim accipitres deſunt, noctuis vtendum eſt in aucupio, vt inquit prouerbium vernaculo ſermone tritum, ſicut Græci culinarijs allegorijs idem ferè indicantes ſalſamenta non eſſe ſpernenda dicunt, vbi carnes deſint. Ad quæſtionem ipſam quod attinet, ſatis habemus, ſi tibi, & tui ſimilibus hæc non diſplicuerint, quorum tamen in equeſtri ordine non eſt maximus apud nos numerus, atque ne extra quidem hunc alibi magnus

admo-

dmodum. Vale, & fauere miſe-
o ordini ſcholaſtico ne deſine.
erſcriptum menſe Maio, Anno
eſu Chriſti M. D. LXXV.

T. Generoſiſs.
Nob.

obſeruantiſſimus

LVDOVICVS Ioach.
F. Camerarius.

## AD LVDOVICVM, IOACHIMI VIRI SVMMI & singularis exempli F. Camerarium.

*NIL prodest aluo terræ quod conditur aurum,*
*Nil prodest, tineis qui iacet esca, liber.*
*Vsu cuncta valent, & commendantur ab vsu,*
*Quæ caret hoc, precium res habet illa minus.*
*Qui patris ergo tui, Musarum promis ad vsum,*
*Atq; sepulta domi scripta perire vetas,*
*O gentis LVDOVICE bonæ generosa propa-*
*Dignus es his meritis ire per ora virûm. (go,*
*Sic sic perge precor de Musis velle mereri,*
*Atq; perenne tibi conciliare decus.*

Gregorius Bersmanus
Professor publ. in
Academia Lipsen.

# COMMENTARIVS DE GENERIBVS DIVInationum, ac græcis latinisq; earum vocabulis.

QVAM Græci μαντείαν & μαντικὴν communi nomine vocarunt, eam Latini appellarunt diuinationem. Sunt etiam μάντεις Latinis vates, & μαντεύεσθαι, vaticinari & ariolari, & vaticinationes μαντεύματα, & προθεσπίσματα. Et μαντεῖον, quaſi vaticinationis officina: cum μαντεύεσθαι quidem ſignificet etiam conſulere & petere oraculum atq; reſponſum. Definitiones editæ Platonis titulo faciunt μαντείαν, prædictionem diuinatricem, & μαντικὴν artem ſeu facultatem diuinandi. Hæc enim ibi extant: μαντεία, ἐπιστήμη προδηλωτικὴ πράξεως ἄνευ ἀποδείξεως. Id eſt: Diuinatio eſt ſcientia præſignificatrix rei alicuius, non demonſtrata ratione. Et hæc: μαντικὴ, ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ. Id eſt: Diuinatio, eſt ſcientia in cognitione præſentium & futurorum ad animal mortale. Latinum enim nomen cõmune eſt vtriuſq;

notionis. Iſta autem ab Platonicis diſputationibus ſunt alieniora: Quibus nomen etiam ipſum à furore, quæ eſt μανία, ducitur, vt afflatus quidam hoc indicetur exterior, & nihil tunc loci relinquatur menti intelligentiæq; humanæ. Coniungimus autem cum hac eas, quas Græci θαυματεργίας vocant. Quæ ſunt miracula tam religioſa quàm ſuperſtitioſa, & ludibria ac ſcelera præſtigiarum atq; veneficiorum. Quibus videntur fieri non ſolum prædictiones futurorum, ſed ea etiam deſignari, quæ & naturæ vim efficacitatemq; ſuperant, & nulla ſolertiæ humanæ ſtudio & induſtria obtineri poſſent.

Atque ita ſe res videtur habere, vt diuinatio omnis diuina ſit agitatio, aut certè poteſtatis alicuius maioris & naturæ ſpirabilis externæ, quæ Græcis δαιμόνιος eſt. Vt tam cauſſa quàm effectu ſuperet ſapientiam prudentiamque humanam, & nullius ſcientiæ perceptis, neq; artis præceptis comprehendatur, quamuis quædam obſeruationum notationumq; in quibuſdam ratio & via indicetur. Id quod de illis miraculis præſtigijsq; & veneficijs quibuſcun-

[qui]buſcunque rectè dici poterit.

Sunt autem diuinationum hæc fer[me] genera, quæ à nobis enumerabun[tur] nominatim ſex.

PRIMVM eorum, quæ à Græcis [v]ocantur λόγια καὶ χρησμοὶ καὶ θεσπίσματα κυ[ρ]ίως. Ea ſunt oracula & reſponſa & va[ti]cinationes proprie diuinæ. Viden[tu]rq́; omnia ea eſſe interpretationes diuinæ cuiuſdam ſententiæ. Sicut ex Aeſchylo de Apolline refertur: ζεὺς [ἐ]γκαθίει λοξίᾳ θεσπίσματα. Et: πατρὸς προ[φ]ήτης ἐστὶ λοξίας διός. De quibus putatur Maro feciſſe hæc:

*Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus A-*
*Prædixit.* *(pollo*

Talium prædictionum adminiſtri, quibus illa vis ac poteſtas vtitur explicatoribus, Græcè vocantur προφῆται & ὑποφῆται, qui ſunt vates & fatidici. Et Delphici Apollinis peculiaris ſacerdos [n]omen habuit Pythia. Atq; his annumerari poterunt varijs in locis commemoratæ & celebratæ Sibyllæ. Quod [n]omen Græci ἐτυμολογοῦντες ſignifica[t]ionem habere volunt θείας βουλῆς. σι[ο]ὺς enim τοὺς θεοὺς κατὰ διάλεκτον vocarunt. [S]ed noſtris temporibus docti quidam

viri

viri, & periti ſermonis Hebraici, ad Caballæ nomen linguæ Hebraicæ alludere cenſuerunt. Diodorus Siculus libro 4. Daphnen Tireſiæ filiam Delphis, ait, inſtinctu quodam tanquam diuino, qui ſunt ἐνθουσιασμοὶ, oracula ſæpe pronuntiaſſe, & ex eo Sibyllam vocatam eſſe: τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχειν, σιβυλλαίνειν. Græci etiam ariolos vocarunt σιβυλλιστάς.

His adiungere poſsit aliquis ἐγγαστριμύθους καὶ πυθωνίους, & ἔχοντας πνεῦμα πύθωνος (cuiuſmodi olim mulierculæ quæſtuoſæ fuêre.) Eſt eorundem appellatio εὐρυκλέων, & ἐγγαστριτῶν, & εὐρυκλειτῶν, & γαστριμαντῶν, & στερνομαντῶν, in quibus quædam extranea natura implicata, de rebus ignotis & futuris enarrare & prædicere videretur. Incolas hos ſpiritus eſſe putant, & nominant familiares. Quale ſuſpicari licet fuiſſe Socratis à Platone celebratum dæmonium. De quo tamen alij aliter, & extat Plutarchi ſcriptum ſanè mendoſum atque mutilum. Vetare hoc non iubere ſiue impellere nunquam ſæpè reuocare ſolebat.

SECVNDVM genus diuinationum

um visum est facere eorum, qui mo-
bus siderum obseruatis, quæ est ἀστρο-
μία καὶ ἀστρολογία, futuros euentus præ-
icunt, & de hominum ingenijs, fortu-
a, vitæq; conditione, denique mortis
xitu, vaticinantur. Publicos etiam
uentus in vtramque partem demon-
rantes. Quiq; de cœlo seruant, & in
ëre apparentes species portentosas,
uæ prodigia & ostenta vocant, inter-
retantur, quæ sunt οὐράνια in vltimo
bro κύρου παιδείας, & dicuntur διοση-
μίαι καὶ τερατώδεις φάσεις, quarum est
ruspicina. Eodemq; apponi poterunt
a, quæ προγνωστικὰ vocantur, præsen-
ones tempestatum & aliorum casu-
m, de obseruatione singularium na-
uræ indiciorum, quatenus horum cœ-
estia quædam signa notantur. Itemq;
omniatores, quos Græci ὀνειροκρίτας &
νειροθέτας appellant. Eodem, nisi fallor,
ertinebunt & μετωποσκόποι, & χειρομάν-
ται seu χειρομάντεις, καὶ ὅλως οἱ φυσιογνώμο-
νες καλούμενοι, qui inspecta fronte homi-
is, & manibus, atq; adeò toto habitu
orporis, & præteritorum & præsen-
ium & futurorum enarrationem polli-
entur. Ad quorum artem & παλμικὰ

& ἐλαιο-

& ἐλαιοσημαντικὰ pertinent, quæ ſunt notæ & ſigna, quibus aliqua parte tanquam olei macula corpus eſt infectum, & motus inſoliti vibrantis ſalientisúe alicuius membri, & γαργαλισμοὶ ῥινὸς, cum in naribus ſentitur titillatio. Pertinent & præſagia, quæ ſunt προμάντειαι τοῦ θυμοῦ. De quo eſt querela in Tragœdia:

αἶ, αἶ, πρόμαντις θυμὸς, ὥσι προσδοκῶν.

De ſomnijs Græci ita, diſtinguentes illa nominibus. ἐνύπνιον μεθημερινῶν φροντίδων ἀπήχημα, inſomnium, reſonans diurnæ curæ. φάντασμα μορφὴ ἀλλόκοτος, viſum, ſpecies abſurda. χρηματισμὸς, θεῖον σημεῖον, reſponſum, ſignum diuinum. ὅραμα, εὐθυόνειρον, conſpectus, directum ſomnium. ὄνειρος, ὄψις αἰνιγματώδης, ſomnium, ſpecies cum ambagib. Grammatici tamen ἐτυμολογοῦντες, faciunt ὄνειρον οἱονεὶ τὸ ὂν εἴροντα, ὄναρ, τὸ ὂν αἴρων, ἤγουν ἀναιρῶν, id eſt, reſpondens verum.

Tertium genus eſto eorum, quæ Græci συμβολικὰ vocant, de ſignis aliquibus extraneis coniecturæ, ſiue vocis ſiue geſtus ſingularis, ſiue formæ inuſitatæ & mirabilis, & rei inopinatæ. Cuiuſmodi ſunt: ſoni & voces ominum,

um, auguria & auſpicia, monſtra, extiſpicium, à Græcis his ferè nominib. indicata: φῆμαι, κληδόνες, οἰωνοὶ, ὀρνιθοσκοπικὴ, quæ & οἰωνιστικὴ, τέρατα, ἡπατοσκοπικὴ, & vno nomine θυτικὴ, καὶ ἔντομος. Cuius eſt ἱεροσκοπία. His licet addantur & ſtrepitus ignoti, motusq; inſoliti, & ſimilia θαύματα, quæ miracula poſſumus interpretari, & ſpecies vigilantibus oblatæ terribiles, quæ φάσματα ſunt.

QVARTO loco ponimus ea, quæ communi nomine Magica appellantur, complectentia ἐπῳδάς, id eſt, carmina ſuperſtitioſa, quæ in homines aut res incantantur. Itē præſtigias, ſic enim licet, vt opinor, interpretari γοητείας. Quidam hæc ita diſtinxêre: Eſſe μαγείαν euocationem ſpirituum beneficorum, vel quorundam mediæ conditionis, qualem fabulantur fuiſſe Apollonij Tyanei, qui fuit γόης καὶ μάγος ἀκριβὴς, vt ait Dion, γοητείαν malorum, quos κακοποιοὺς vocant. Item ſacra quædam arcana, id eſt, ἀποῤῥήτους ἱερουργείας. Cuiuſmodi fuêre τελεταὶ, id eſt, initia ſacrorum, vt Eleuſinia & Samothracia. Item Orgia, vt Liberi & Cabirorum.

Quæ

Quæ & μυςήρια, ſacra arcana. De Cabiris autem verboſa narratio extat Pauſaniæ in Bœoticis. Item νεκυομαντεῖαι καὶ νεκρομαντεῖαι, quæ eædem appellantur ψυχομαντεῖαι & ψυχοπομπεῖαι καὶ ψυχαγωγίαι, ſuperſtitiones euocantes, ſicut creditur, animas mortuorũ, & ex illis aliqua de re ſciſcitantes. Item προσαπτὰ, ad animũ & corpus corroborandũ, & ἐπίδεσμοι dicti, quib. deuinciri aliqui putantur carminibus, ad quæ antiqua ſuperſtitio Hecaten, quæ & Luna & Diana, allicere ſe credidit. Necyomanticus eſt Odyſſeæ Homericæ liber XI. ſagarum autem operationũ, & carminum ſuperſtitioſorum indicium Theocriti Virgilijq́; pharmaceutria, & Oratianum carmen cuius initium: At ô Deorum quicquid in terris regit (ſic enim eruditi illum verſum cenſent exarandum) Terras & humanum genus. Et hoc: Nunc efficaci do manus ſcientiæ. Et Satyra 8. libri primi. Fortaſſe in hanc claſſem referre liceat etiam appellata βάσκανα, quod faſcinum eſt.

Eſt & magia Chaldaica & Aegyptiaca, διὰ χαρακτήρων, deſignatis quibuſdam

uisdam mirificis figurarum diuersa-
um notis. Et huius pars ea, quæ στοι-
χειωματικὴ dicitur, expressorum sigillo-
um in gemmis & alibi, certis mo-
entis temporis, peculiarium atque
ptorum huic aut illi sideri aut spiritui,
uos dæmonas vocarunt. Talem fuisse
pparet ἑκατικὸν στροφαῖον, quasi dicamus
Hecates turbinem. Globus hic erat
ureus, inclusam habens in medio
emmam Saphiri, & in toto ambitu va-
as formarum figurarumq́; notas, id
t, χαρακτῆρας καὶ σχήματα διάφορα. Ad
obiq́; illius conuersionem, suas euo-
ationes peragebant, nominatas ἴυγγας.
Quod nomen in Theocriti pharmaceu-
ria est. His addantur multiplicis &
ariæ superstitionis diuinationes, ex
quis, aëre, piscibus, igne, cribro, spe-
ulis, folijs, & his similes. Id est, ὑδρο-
αντικὰ, ἀερομαντικὰ, ἰχθυομαντικὰ, πυρο-
αντικὰ, κοσκινομαντικὰ, κατοπτρομαντικὰ,
ιθομαντικὰ, ἀλευρομαντικὰ, φυλλομαντικὰ,
ρυσταλλομαντικὰ, καὶ τὰ ὅμοια. Habent autem
ia carmina, quas ἐξορκισμοὺς vocant,
uasi adiurationes dicas, singula, qui-
us miracula effici putantur. Vt, verbi
aussa, loquens hominis mortui caput,

& culter ſcindens incudem. Memorantur autem huiuſmodi innumerabilia, in quibus recenſendis modò morandum eſſe non duximus.

Effingebant & ſimulacra, & ea quidem interdum mirifica. Deſcribitur enim iuſſum Hecates oraculo tale componi, quale verſibus, quos aſcribendos duximus, relatos ab explicatore ſcripti de ſomnijs Syneſij, deſignatur:

*καὶ σὺ τέλει ξόανον κεκαθαρμένον, ὥς σε διδάξω,*
*πηγάνου ἐξ ἀγρίοιο δέμας πόνει, ἠδ' ἐπικόσμει*
*ζωοῖσιν λεπτοῖσι κατοικιδίοις σκαλαβώταις*
*σμύρνης καὶ στύρακος λιβάνοιό τε μίγματα τρίψης*
*σὺν κείνοις ζώοις, καὶ ὑπαιθριάσας ὑπὸ μήνην*
*αὔξουσαν τέλει αὐτὸς, ἐπευχόμενος τὴν δ' εὐχήν.*

Quæ nos conuertimus & ipſa qualibuſcunq; ſane verſibus latinis, Græcorum pro viribus expoſita ſententia:

*Effigiem puram ſigni effice, vt ipſa docebo,*
*Silueſtri è ruta corpus fac, id inſuper ornet*
*Stellio, parua frequens quæ beſtia in ædib. errat,*
*Et myrræ & ſtyracis triti miſturaq; turis,*
*Creſcenteq; loca ad ſplendente ſub æthere Lunā,*
*Ipſe preces orans & deinde adiungito ſacras.*

QVINTVM genus erit eorum, quæ forte, temere, caſu eueniunt, Græcis

τυχη-

χηρὰ ſunt. Tales ſunt ſortitiones, id
t, κλῆροι. In quibus mirabilibus & in-
edibilib. effectis eſt eximia ea, quam
ræci ab terra, vocant γεωμαντείαν.
ecnon numerorum diſpoſitiones, ſe-
undum quas reſponſa quædam per-
ripta exponuntur. Et vulgo circum-
runtur ſimiles quædam nugæ, nomi-
e Rotæ fortunæ. His, niſi fallor, ap-
oni poterunt annorum numeri, affe-
entes euentum aliquem ſingularem &
nagni momenti, quemadmodũ aſtro-
ogi depræhendiſſe exiſtimantur. Ea
empora Græci κλιμακτήρων vocabulo in-
dicant. Eſt autem in Græco nomine
ſignificatio ſcalarum, quarum gradus
aſcendentib. æquè ac deſcendentibus
ſeruiunt, & ideo fortunæ has dedica-
runt, & Pittacum Mitylenæ in templo
conſecraſſe hanc ſpeciem traditur. Sed
Aſtrologi annos illos, quos κλιμακτηρι-
κοὺς, quaſi, ſi ita loqui liceat, ſcalares,
appellant, numerant annis ſeptenis &
nouenis. Et quoniam horum in ſe mul-
tiplicatio efficit annum LXIII. qui eſt
ætatis ſenectæ, inprimis hic periculo-
ſus putatur, & in quadam epiſtola ab
A. Gellio expoſita libro XV. Auguſtus

 Caio

Caio ſcribens, gratulatur ſibi natale
" LXIIII. quod euaſerit præcedente
ſexageſimum tertium communem ſ
niorum κλιμακτῆρα. Firmicus ait, quo
" hac ex cauſſa Androdas ab Aegypti
hic annus dictus ſit, quod omnem vit
ſubſtantiam frangat ac debilitet. Atq
circiter hunc annum vt multos ſene
mortem obijſſe compertum eſt (in
quibus recentis memoriæ exemplum
" habemus ſummorum virorum Martin
Luteri & Philippi Melanchthonis) ſic
ſeptem anni multiplicantes octo, quo-
rum, vt dicitur in Somnio Scipionis à
Cicerone, vterq; plenus, alter altera de
cauſſa habetur, circuitu naturali, &
" ipſi ſæpenumero mortiferi ſunt præ-
ſtantibus virtute & dignitate, necnon
ingenio atq; doctrina, deniq; ſingulari
aliqua laude excellentibus & ſpectatis
viris. Conficiuntur autem illis ſepte-
nis octies Solis anfractib. & reditibus,
ſecundum Ciceronem, anni LVI. Qua
" ætate Africanus Minor, & C. Iulius
Cæſar, & ſuperiore ætate Matthias Rex
Pannoniæ, mortem obiêre. & alij com-
plures magni viri, itemq; prudentia, &
doctrina, & artium eximia facultate
præ-

æditi. Quem veluti catalogum nunc ntexere non eſt viſum. Vocarunt tem Aſtrologi communiter κλιμακτῆ- omnes dubias & periculoſas atque ſtes ſignificationes in themate gene- liaco, his aut illis temporibus ſeſe tendentes. Vt eius, quem ἀφέτην ominant, (quod Arabibus hylegium t) partem, quam ducunt ad Lunæ cum in Themate genethliaco, ſi hoc uam Lunam habet, à parte congreſ- s Solis & Lunæ antecedentis partum: n plenam, à parte antecedentis ple- lunij, eundem numerum ab horo- opo numerantes: Hanc igitur illi rtem, climacterum eſſe effectricem rhibent.

Claudius etiam Ptolemæus in libel- cui nomen fecit, καρπὸς, quaſi fru- um indicet, qui de ſuis apoteleſma- cis ſcriptis percipi poſsit, hanc ponit ntentiam: ὅτι ὁ ἐπικρατήτωρ τῆς βασιλεί- , εἰς κλιμακτηρικὸν τόπον ἐμπέσῃ, τελευτήσῃ ωικαῦτα βασιλεύς, ἢ ἄρχων τις μέγας ἐν αὐ- . Cum dominus regni (id eſt is, pe- es quem eſt ſignificatio ſeu decretum gni) in locum climactericum incide- t, morietur tunc Rex, aut magiſtra-

tus magnus in regno. Atq; ſunt Arab interpretati τόπον κλιμακτηρικὸν, ſtella quæ abſcindit, quæ, ſecundum eoſde Arabas, eſt infortuna, id eſt, κακοποι Non autem me fugit κλημακτήρων no men exaratum littera η. etiam reperi & eius interpretationem δυσχέρειαν, i eſt, difficultatem & offenſas, ſed illa c ſcalis mihi magis arriſerunt. Verùm de his nimis verboſa iamdudum e expoſitio, non enim doctrinæ alicuiu nunc inſtituta eſt enarratio, ſed rerun vocabulorumq́; indicium & demon ſtratio. Atq; licebit, vt opinor, inte ſortitiones ponere nominum proprio-rum notatos numeros, vt, in quibus maior multitudo reperiatur, illis no-minati præſtantiores fortunatioresq́ue videantur. Ita pronuntiarunt ab Achi-le Hectorem vinci oportuiſſe, quod ſuperaret nomen ἀχιλεὺς, alterum no-men ἕκτωρ, numero viginti duùm. Sed poſteriorum temporum barbarica ſu-perſtitio, litteras latinas, quibus pluri-mæ nationes perſcribendo ſuum & proprium ſermonem, vterentur, nu-meris certis inſigniuit, & ſecundum hos ea, quæ diximus, exquiſiuit, cu-

iuſcunq;

ſcunq; linguæ nomina eſſent. Atque ęre qui ad Aſtrologicas hæc ſignificaones referrent. Quæ ſane leuia atque ugatoria, quod euentus aliqui reſponerent, conſtat apud quoſdam mulim fidei reperiſſe, homines nimirum : ipſos ſtolidos atque futiles. In hoc enere eſt inſignis dierum fortunataum & infortunatarum obſeruatio. untq; iſtiuſmodi plurima, vulgaris & læraq; ridiculæ ſuperſtitionis, non ſoum in locis & nationibus diuerſis, ſed tiam domibus ac familijs. Quæ neq; peræ precium faceret, qui vellet nominatim indicare, & conatus hic eſſet nanis, cum infinita ſint. Etſi temeraia offenſio per omnia illa, quæ enumerata ſunt, inuenitur peruagari. De quibus ſingulatim illa repetendo quaſi capita, deinceps nonnihil minutius diſſerere viſum eſt.

Cum autem omnia illa admirationem habeant, & contemplationem ingenij naturæq́ue humanæ ſuperent, & vis poteſtasq́; efficiens, & promouens euentum, (quod Græcis eſt τὸ ποιητικὸν, καὶ ὅθεν ἡ κίνησις) extrinſecus accedere videatur, ideo à Græcis vocata ἀπο-

τελέσματα, id eſt, perficientia euentum, diuina & ab antiquitate Græca δαιμόνια καὶ θεσπέσια appellantur, quo nomine aliquid maius potentiusq́; humanis viribus indicatur.

Conſideratione autem hæc aliquanto accuratius diſtinguente, dicere fortaſſe aliquis poſsit: Primo genere contineri ea, quæ ſimpliciter & omnino captum humani ingenij ſuperent, atq; adeo naturæ nullo itinere procedant, vt cieri & inſeruire manifeſto illa euenta potentiori & maiori cauſſæ efficienti appareat, violentia quadam corripiente, & extraordinaria poteſtate materiam ſubiectam conformante. Sunt autem, qui illa quæ nos perhibemus euenire ὑπὲρ φύσιν, etiam ipſa φυσικὰ, id eſt, naturalia eſſe cenſeant, referentes ea ad cauſſas naturales, vt vapores & alitus telluris, & cœli habitus, & corporum conſtitutiones, inprimis quæ atra bile abundant, neq; putant hi alias cauſſas talium exquirendas. Sed his ſimpliciter aſſentiendum eſſe non exiſtimo. Etſi enim habent quædam procliue momentum naturalis inclinationis, ad has aut illas agitationes, non tamen

men ſunt eiuſmodi, vt ex ſeipſis prin-
ij quoque facultatem, aut finem
equendi poteſtatem habeant, abſq;
era quapiam maiore & potentiore
tatione, quæ illis abutatur tanquam
ſuum opus abſoluendum ferra-
entis, aut quæ eam rationem habe-
t, vt ſine his illud quod extitit, non
tuiſſet fieri. Itaq; Cicero hanc vim
andam, vt ipſe loquitur, diffundere
eos longe lateq; ait, quam cum ter-
cauernis includant, tum hominum
turis implicent. Nam terræ, inquit,
Pythiam Delphis incitabat, naturæ
byllam. Atq; videndum eſſe puto,
non ſatis ſit, quod Ariſtoteles acer-
mo vir ingenio, omnem in homini-
is excellentiam, & quicquid in v-
amque partem boni ac mali à com-
uni conditiòne hominum recedit, in
moris melancholici, quæ eſt atra bi-
, varietate ſola collocat. Et inde
t exiſtere, non ſolùm περιττοὺς, id eſt,
ijs præſtantiores, tam in Philoſophia,
uàm ratione ciuili, quàm etiam in
oëtica, ſed Sibyllas quoque ac Baci-
as, & qui inſtinctu numinis agiten-
ır. Græci ἐνθέους vocant. Quam Ari-

ſtotelis ſententiam Cicero etiam no
uit. Non enim certe tanta vis atq; e
ficacitas vni humori tribuenda eſt, ſ
relinquenda conformatio non cal
innato, ſed extrinſecus alicui aduer
enti poteſtati. Cum doctrina etiam
præceptiones, vt idem ſcripſit alibi A
riſtoteles, naturam moresque ſolea
mutare. ſic enim ille πολιτικῶν η΄. πολ
γὰρ παρὰ τοὺς ἐθισμοὺς καὶ τὴν φύσιν πράττο
διὰ τὸν λόγον ἐὰν πεισθῶσιν ἄλλως ἔχειν βέ
τιον. Quæ quidem religionis ſanct
tas ad autorem effectoremque Deu
æternum referenda eſſe docet, ea
hac diſputatione excipio, & de ijs i
ſentio quemadmodum par eſt ac d
cet. De alijs etiam cuiuſmodi ſi
exiſtimanda, non eſt nunc propoſ
tum diſſerere, nedum pronuntiare
ſed narratiunculas tantum quaſda
pertexere, & vocabulorum ſignifica
tiones indicare. Fuerunt igitur χρησ
μοὶ appellati illi, quæ latino ſermo
ne oracula, ſignificante nomine ora
tionem quandam diuinam, & χρησμο
φόρος eſt in Pauſaniæ Meſſeniacis, affe
rens reſponſum oraculi. χρᾶν autem e
reſpondere, & reſponſa ſunt oraculo
rum

um. Vt Pſeudolo: Quod ſcibo Delphis reſponſum dicito. Et Maroni ſunt, reſponſa Sibyllæ. Peti autem ac conſu-, & edi dixerunt oraculum, id eſt, μαντούεσθαι, & χρηστηριάζεσθαι, & ἀνελεῖν, & χρησοδοτεῖσθαι, & χρησμὸν ἐκπεσεῖν, & χρησμὸν ἐίδοσθαι, & χρησμῳδεῖσθαι. Nam initio plæraq; omnia verſibus edebantur oracula. Vnde & Maro: Ipſa canat. Et paulò ante: Quæ rupe ſub ima Fata canit. Et extat Plutarchi libellus, περὶ τοῦ μὴ ἔμμετρα χρᾶν τὴν πυθίαν. Id eſt: Quod non darentur Delphica reſponſa verſibus. Erat enim vates, id eſt, πρόμαντις, Delphici Apollinis, ſicut dictum eſt, Pythia. Extat & alter libellus περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, de oraculis quæ defeciſſent. Exponitur autem petitionis formula breuis & elegans Ageſilai à Plutarcho. Cum enim oraculum Dodonæum iuſsiſſet exercitum in Aſiam duci, ab Ephoris Ageſilaus, eadem de re miſſus Delphos: Apollo, inquit, Eademne tua ſententia eſt, quæ patris tui? ἄπολλον, εἰ δοκεῖ σοι ὃ καὶ τῷ πατρί; Et de Ageſipoli ita Xenophon lib. 4. ἑλληνικῶν. ἐλθὼν εἰς τὴν ὀλυμπίαν ἐπηρώτα τὸν θεὸν, εἰ ὁσίως ἂν ἔχοι αὐτῷ μὴ δεχομένῳ τὰς

σπον-

σπονδὰς τῶν ἀργείων, &c. ἐκεῖθεν δ' εὐθὺς ε
δελφοὺς πορευθεὶς ἐπήρετο αὖ τὸν ἀπόλλω,
κἀκείνῳ δοκοίη περὶ τῶν σπονδῶν καθάπερ τ
πατρί; Et in oratione Demosthenis
ὑπὲρ ἁγνίου κλήρου, id eſt, qua defenditu
Hagniæ hæreditas: ἀγαθῇ τύχῃ: ἐπερωτ
ὁ δῆμος ὁ ἀθηναίων περὶ τοῦ σημείου, τοῦ ἐν τῷ
οὐρανῷ γενομένου, ὅτι ἂν δρῶσιν ἀθηναίοις,
ὅτῳ θεῷ θύουσιν, ἢ εὐχομένοις, εἴη ἐπὶ τὸ ἀμε-
νον ἀπὸ τοῦ σημείου. Id eſt: Quod felix &
fauſtum ſit: Petit reſponſum populus
Athenienſis de ſigno, quod extitit in
cęlo, quid facere conueniat Atheni-
enſes, cuiue Deo ſacrificare aut vota
ſuſcipere, vt ſignum illud conuertat in
bonum. Et ſubijcitur reſponſum ſoluta
oratione redditum. In oratione con-
tra Midiam, exponitur oraculum ver-
ſibus, cum appendice ſolutæ orationis.
In primo libro Herodoti orationis
etiam ſolutæ oracula referuntur, &
vnum redditum Crœſo longiuſculum.
Traditur etiam reſponſa ἄμετρα, id eſt,
ſoluta oratione reddita, poſtea poëtas
quoſdam in verſus tranſtuliſſe. Colle-
gimus autem aliquando oracula verſu-
um, quæ paſsim in Græcorum ſcriptis
reperiſſem, eaque ſunt edita cum alijs
quibuſ-

uibusdam diuersi argumenti epigram
atibus, & res si tulerit denuô eden-
r. Celeber. oraculum habitum est
pollinis Delphici & Pythij, cuius χρη-
ριον seu μαντεῖον, quod etiam θεοπρόπιον,
& consulentes θεοπρόποι dicebantur,
emque vaticinantes, vt ἰλ. μ'.) id est,
cus vbi dabantur responsa, fuit Del-
his in vrbe ad Parnassum sita, tem-
um diues & opulentum donis vndi-
ue allatis, quæ ἀναθήματα vocarunt.
poliatum illud quidem omnibus bel-
posteriore Sacro dicto, à Phocensi-
us, qui templum illud occuparant.
erè autem ambagib. reperiuntur im-
licata oracula, versibus præsertim edi-
, Et sunt qui inde λοξίαν dictum puta-
nt Apollinem. λοξὸν enim obliquum
t atq; distortum. Sed alijs λοξίας po-
us mutatione vnius litteræ esse λεξίας
detur, id est, eloquens. Ambiguum
num insigne & bellum addere est vi-
m, cum sint huius generis in medio
urima. Athenienses exercitum in Si-
liam ablegaturi iussi fuêre oraculo
elphico adhibere sacerdotem accer-
am Erythris. Ei mulierculæ nomen
rat ἡσυχία, quo nomine significatur
quies.

quies. Atq; ita illis fuit mandatum, vt quiescerent. Hoc si fecissent, conseruassent ciuitatem suam. Emta quoq oracula aliquando prolata fuêre, & huiusmodi vnum, quo euersus fuerit Demaratus, narratur ab Herodoto ἐρατοῖ. Ad celebres & solennes conuentus ludorum & alios, sed inprimis ad sacra faciendum & exequendum ritus religiosos, & petenda oracula qui mittebantur, ij θεωροὶ erant. Et ἄνδρα θεωρὸν ait Theognis debere esse τόρνου καὶ στάθμης ὀρθότερον, id est, nihil in eo esse prauitatis aut falsitatis. Delphicum oraculum, vt diximus, fuit præcipuæ autoritatis & fidei. Ex tripode, id est, cortina, illa responsa dabantur ab ea, quæ Pythia dicebatur, sacerdote femina furente. Et scribitur res verbosa in Lucani libro quinto, vbi nomen Pythiæ fingit poëta Phemonoës. Plinius lib. 10. cap. 8. Phemonoës meminit vt peritæ augurij. Erat & Dodonæ in Thesprotia Iouis celebre admodum oraculum, Et Iouis itidem in Libya Ammonis. Fatidicas mulieres, apud Dodoneos Pausanias Pelias vocat, & versus, quos cecinerint, duos memorat:

ζεὺς

ις ἦν, ζεὺς ἐστὶ, ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε ζεῦ.
καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῆζετε μητέρα γαῖαν.
e quibus Herodotus fabulam dua-
m columbarum nigrarum, quæ The-
s Aegyptijs aduolassent, narrat, &
plicat. Et idem ait Aegyptiaca lin-
ua Iouem nominari ἀμμοῦν. Locum
raculi Ammonis descripsit Lucanus
bro 9. & Labienum introduxit hor-
ntem, vt consuleret illud, Catonem,
recusantem Catonem, cum alia hic,
um grauiter istud diceret:

*ortilegis egeant dubij, semperq́; futuris*
*asibus ancipites.*

xtat de hoc oraculo & Diodori narra-
io libro 17.

Originem autem oraculorum & sa-
rorum & cultuum atq; ceremoniarũ,
dem Herodotus ducit ab Aegyptio-
um obseruationibus & institutis. Fu-
t Thebis Bœotijs quoq; propter Epa-
minondæ monumentum, ναὸς ἄμμωνος,
n quo simulacrum Pausanias scripsit,
consecrasse Pindarum, & eundem mi-
sisse in Libyam Ammonijs à se factos
hymnos, & sua etiam ætate reliquum
fuisse hymnum Pindari in columna tri-
quetra, ad aram Ammoni consecra-
tam

tam ab Ptolemæo Lagi F. Clarij A-
pollinis oraculum ab vrbe Colopho-
niorum Claro, habuit primam vatem
Manto filiam Tiresiæ, secundum eun-
dem Pausaniam in Achaicis. A quo in
eodem libro & Mileti oraculum Apol-
linis ἐν διδύμοις, quod & Didymæi A-
pollinis, priscũ perhibetur. Capta aut
Mileto à Persis bello Ionico spoliatum
& incensum fuit templum illud, quem-
admodum narratur in Herodoti libro
cuius nomen Erato. Atq; de vtroque
loco, & quid ad Clarum acciderit de
Calchante & Mopso filio Mantus, deq;
caprifico & scropha, narrationes ex-
tant in 14. libro Strabonis. Legitur
etiam in ijs quæ Suida collegit de Bran-
chidis, penes quos esset Didymæi A-
pollinis templum, hoc eos prodidisse
Xerxi, à quo fuerit spoliatum. Sed
hæc indicando attigisse satis habeatur.
Delphicum oraculum celeberrimum
fuit. De quo est copiosa narratio Stra-
bonis libro nono, & Pausaniæ Phoci-
cis. Primum Telluris nomine, & mox
Themidos, (quam etiam diuinatio-
num & oraculorum inuentricem cre-
ditum, & ideo θεμιστεύειν perhiberi A-
polli-

ollinem daturum oracula, ſcripſit
iodorus libro 5.) & tandem Apolli-
s nomine inſigne. Fuit & antiquum
aculum Telluris in Eliaca regione,
ibi ad hiatum terræ Themidos ara.
Phocide ad Amphicliam, quæ &
phitia, fuit etiam Liberi oraculum,
cerdote illius numinis eius inſtinctu
ante reſponſa. In inſula quoq; Delo
cerdos Apollinis, vt Anius apud Ma-
onem, reſponſa dabat. Etiam Abis
hocicis Apollo oraculum habuit, nec
on aliquando in Bœotia Tegyris.
nde & Tegyræus Apollo dictus, id
uod ſcripſit in Pelopida Plutarchus.
inius libro 28. cap. 9. De ſanguine a-
imalium loquens ita: Taurinus qui-
em recens inter venena eſt, excepta
egyra. Ibi enim ſacerdos terræ vati-
natura tauri ſanguinem bibit, priuſ-
uam deſcendat in ſpecum. iſta enim
ihi ſcriptura videtur vera. Cum ſint
έγυρα καὶ ἡ τεγύρα. Minus celebria au-
em Pataris in Lycia, & in inſula Tene-
o. De quibus hactenus. Non enim
mnia quæ congeri poſſent, nunc in-
ulcanda duximus. Trophonij in Le-
adea oraculum, indicatum fuiſſe Pau-

D ſanias

ſanias Bœoticis ſcripſit, ab Apolline Delphico, de quo ibi mirifica narratio verboſe pertexitur. In regione etiam Thebana memoratur fuiſſe Apollinis fanum cognomento Ptoï, ibiq; priſcis temporibus μαντεῖον ἀψευδὲς, id eſt, locum, vbi vera oracula ederentur. In Aegypto præclariſsimæ exiſtimationis oraculum fuit Latonæ, in vrbe quam nominat Herodotus Buto. Et narratur libro illius ſecundo nugatorium oraculo reſponſum datum Regi Ceco. Iſtudq; oraculum ἀψευδέςατον, id eſt, minime fallax, appellat. Fuêre, eodem Herodoto narrante, etiam alia in Aegypto oracula, nimirum Herculis, Apollinis, Mineruæ, Dianæ, Martis, & Iouis. Perhibetur etiam oraculum fuiſſe Canobi.

Verſuum fatidicorum Heſiodi, quæ ἔπη μαντικὰ nominat Bœoticis, meminit Pauſanias, & ea ſe quoque legiſſe ait. Primum autem verſum Heroicum Delphis pronuntiatum eſſe ſcripſit Plutarchus hunc:

ξυμφέρετε πτερὰ οἰωνοὶ, κηρόντε μέλισσαι.

*Ceræ munus apes, pinnas conferte volucres.*

Dum Telluris fuerit oraculum Delphicum,

...m, sacerdotē ibi nominat Pausanias ...aphnen. Diod.lib.4.scripsit: Daph...n fuisse filiam Tiresiæ, & ab Epigo...s, qui Thebas cœpissent, collocatam ...elphis, vbi illa multa oracula diuersi ...odi & operis conscripserit, & perhi...eri, quod Homerus multos inde ver...s ad suam poësin exornandam trans...lerit. De oraculi verò origine, & ...llocato ibi Tripode, id est, cortina, ...tat narratio Diodori libro 16. Ex ...usæo autem Antiphemi F. (fuit e...im & alius cuius matrem perhibuêre ...unam æqualis Orpheo) refert idem ...ausanias: Initio commune oraculum ...ud habuisse Tellurem & Neptunum, ...t fuisse Neptuni sacerdotem Pyrcona ...uempiam. Postea à Tellure oraculū ...onatum Themidi, & ab hac peruenis...e ad Apollinem, qui partem alteram ...o Neptuno comparârit sibi, tradita ...alauria. Opinionem autem esse cele...errimam omnium de Phemonoa, sa...erdote Apollinis, qua ad vaticinatio...es ille sit vsus prima, & eam primum ...ersum hexametrū pronuntiasse. No...inat & Phaënnidem Pausanias sacer...otem Apollinis recentiorem, tempo-

re Demetrij regis, & adducit cuiusdam poëtriæ versus, quam nominat Bæa quibus perhibeatur primus sacerdo Apollinis fatidicus Olen, quem Lyci um fuisse scripsit Herodotus μελποιμένη cum illi versus inter Hyperboreo hunc recenseant, qui & templum Delphicum extruxerit, cuius tamen ædificatores, iactis ab Apolline fundamentis, nominat hymnus Homericus Trophonium & Agameden, id quod etiam Pausanias scripsit in Bœoticis. Quem vocarunt ὄμφαλον, id est, vmbilicum lapis is fuit candidus, estq; existimatum in medio orbis terrarum Delphici templi locum fuisse, quod & Pindarica mentione aquilarum oda indicat Pythiorum quarta. Sed reuera in medio terræ Græciæ illud collocatum fuisse traditur. Delphicum oraculum corrupit Neron, ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνίει, σφάξας. Oracula fuêre diuulgata & Sibyllarum & Musæi & Bacidos. Quorum ille Atheniensis fuit Antiphemi filius, hic Bœotius νυμφόληπτος, id est, Limfatus. Cum quidem Limfati simpliciter etiam furiosi dicantur. Ab Aeliano libro 12. variæ historiæ

æ Bacides tres memorantur: ἕλλω, ηναῖος, ἀρκάς. Fuerit igitur ἕλλω iste ilicet Bœotius. Celebratur in hoc genere vaticinantũ & Epimenides Cres. Ierodotus Polymnia narrat: Onomaritum quendam depræhensum in famore corrumpendi Bacidos oracula nsertis suis prædictionibus à Pisistratidis extorrem profugisse, & postea eis reconciliatum adiutorem fuisse in Xerxe persuadendo, vt bellum Græciæ statueret inferre. Pausanias Phocicis memorat & Lycum Pandionis F. cuius tamen vaticinationes sese non legisse ait. Itemq; Cyprium Euclea. Multa alia ignobilia pasim fuêre tanquam oraculorum data responsa, & Lucanus sui temporis ψευδόμαντιν exagitauit Alexandrũ quempiam. Et Plutarchus oracula ignominia admodum compleuisse ait, τὸ ἀγυρτικὸν καὶ ἀγοραῖον, καὶ περὶ τὰ μητρῶα καὶ σεράπεια βωμολοχὸν καὶ πλανώμενον γένος. Id est, Vagum & conuentus solennes frequentans & circumforaneum, & apud fana Rheæ atq; Serapidos obuersans scurrile genus. Sed de Sibyllis narratiunculam inseri, non visum est ab instituto alienum esse. Primam ita-

que Sibyllam Plutarchus in libello, quo quæritur: cur non verſibus Pythica oracula reddantur: fuiſſe aduenam ait, ex Helicone Muſarum alumnam, & conſediſſe in rupe Delphica vicina curiæ, & ceciniſſe oracula. Hanc Pauſanias Priſcam Herophilen nominat, filiam Iouis & Lamiæ Neptuni filiæ, & eadem Libyca eſt. Nam & hac poſteriorem aliam fuiſſe traditur eodem nomine, antiquiorem tamen bello Troiano. Hæc eſt Erythrea, & Marpeſia, (fuit enim ſolum ad Marpeſſum vrbem olim Troados rubrum.) Pauſaniæ eſt verboſa hæc narratio, Plutarchus verò de Priſca Herophila & hæc retulit ex verſibus ipſius: Quod ne mortua quidem ceſſatura eſſet vaticinari, ſed ipſam ſuperfore eminentem in Luna faciem, ſpiritum autem in aëre ominum autorem, & de corpore in ſolo proditura herbas atq; frutices, quibus depaſtis contractura eſſe viſcera pecudum eam vim, vt inſpectis illarum extis, futurorum præſignificatio appareat. Quæ ſane ridicula ſunt, & à Pauſania de Erythrea alia quoq; nugatoria narrantur, expoſitis verſibus quoq; illius de ſeipſa.

ipſa. Eandem ibidem à Pauſania
icitur, fata de Hecubæ partu & euer-
one Troiæ ceciniſſe. Habuiſſe autem
omicilium in Samo, ſed & Clarum &
ı Delum & Delphos ſolitam venire,
t in illa rupe conſidentem vaticinari.
Vnde intelligi poteſt fuiſſe huius Sibyl-
æ cognomenta Samiæ, & Clariæ, atq;
Colophoniæ, & Deliæ. Poſt hanc po-
uit Pauſanias Cumæam in Opicis: Cu-
ius proprium nomen eſſet Demo.
Eius nimirum mentio fit in ſexto libro
Aeneidos, vbi tamen nominatur Dei-
phobe Glauci. Poſtea alterius He-
braicæ nomen Demus, eſſe proditum
ait, Beroſsi & Erymanthes filiæ, ap-
pellatamq; eam Sabben, & ab alijs Ba-
byloniam dictam, ab alijs Aegyptiam.
Aelianus libro 12. Sibyllas nominat
quatuor: Erythream, Samiam, Aegy-
ptiacam, Sardianam. Cum præter has
alias ſex nominari dicat, vt fiant vni-
uerſæ decem, inq; his: Cumæam & Iu-
daicam celebrat.

De Sibyllinis verſibus res euidens
eſt, non tam vaticinando quàm ingenij
acumine atque ſolertia, talia carmina
plurima compoſita atque diuulgata

fuiſſe ab eruditis & doctis quibuſdam Sibyllarum nomine. Id quod & primis literis verſuum, quæ ſunt ἀκροστιχίδες indicari Cicero ſcripſit. Nihil autem opus eſt aſſumtis his qualibuſcunque confirmari doctrinam Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ nititur alijs fundamentis magis ſolidis & argumentis certioribus. Sibyllinorum quidem carminum exemplo, multa fatidica ſcripta fuiſſe edita, id quoq; indicat, quod Suetonius narrauit: Auguſtum Cæſarem, quicquid fatidicorum librorum Græci Latiniq; generis, nullis vel parum idoneis autoribus vulgò ferretur, ſupra duo milia contracta vndiq; cremaſſe, ac ſolos retinuiſſe Sibyllinos, hos quoque delectu habito. Vaticinantes nobiles perhibentur Manto filia Tireſiæ, cuius antea quoque facta eſt mentio. Fuit & altera, Manto filia Polyïdi. Fit autem vatis Polyïdi Corinthij mentio ἰλ. ν'. Quod nomen διφορεῖται notarunt Grammatici, id eſt, reperiri illius duplicem ſcripturam, per ι. & ει. in penultima ſyllaba. Pauſanias & veteris vatis meminit Teneri, qui fuerit filius Apollinis, & Melampodis filij Amytha-

thao-

aonis, qui & celebratur ab Homero . λ'. & ἐδ. ο'. & in tertio Idyllio Theocriti, cuius posteritas longa serie fuit atidica. Sed hi vates ad aliud genus, ecundum nostram distinctionem pertinent. Eurycles & Euryclitæ appellati uêre illi, in quibus inesse credebatur atidicus quidam spiritus, ab Eurycle ximio vaticinatore, cuius mentio fit n fabula Aristophanis, habente titulum, σφῆκες, & in dialogo Platonico, uius titulus est σοφιστής. De spirituum erò, quæ sunt Græcis δαιμόνια, admiabili non solum efficacitate, sed manifesta specie, quæ φάσματα perhibentur, ræsentia, incredibiles extant passim veterum narrationes, & nostris temporibus superantia fidem comperta sunt, extra etiam γοητείας, de quibus postea dicetur. Sed hæc inculcanda non fuerunt, deque eis extant scripta diuersorum admodum nonnulla verbosa. Deq; huius generis vatibus, qui Græcis sunt θεομάντεις, & ἐνθουσιασταί, & ἐνθουσιῶντες, & θεοφόρητοι, & κάτοχοι, hactenus.

QVAE in secundo genere recensuimus, ea omnia habere progressus

naturales videntur, ſtudio & induſtri ingenij humani in illis cognoſcendi elaborante, quæ ab aliqua maiore & potentiore cauſſa commouentur. De Aſtrologicis prædictionibus improbatis atq; confutatis extant ſcripta multorum. Sed ſi opus ſit his patrocinio ſingulari ſcripto defendi illa oporteat, id quod modo fieri non debere eſt viſum, & alio à nobis fortaſſe magis opportuno loco peculiariq; argumento eſt futurũ. Sunt autem omnes ferè, quorum mentio iſto loco facta eſt, à Græcis dicti μάντεις, id eſt, diuini, arioliq;.

Diuinationem Aſtrologicam, vocant Græci τὸ δι᾽ ἀστρονομίας ſiue ἀστρολογίας προγνωστικόν. Non eſt autem apud veteres in duobus illis nominibus diuerſæ ſignificationis vſus. Manifeſtæ autem ſunt in Aſtrologicis prædictionibus cauſſæ naturales, ſiue ijs quæ de ſiderum collocatione & motu conſiderantur, efficientibus, ſiue ſignificantibus euentus. Cum multa ſane in hanc præclariſsimam artem, & vitæ communi vtilem maxime, aliena & ſuperſtitioſa inculcata reperiantur, aliquibus

us nouis ſemper excogitationibus il-
m augentibus, & curioſa vanitate in
oſeruationes veras ſeſe implicante.
t ideo aliquando prædictiones iſtæ
gibus prohibitæ fuerunt, coniungen-
ous Aſtrologos & Mathematicos
um maleficis & ijs, quos Græci γόητας
ocant. Scripſitq́; Dion: quod Tibe-
us τοὺς ἀστρολόγους καὶ γόητας externos
ortis ſupplicio affecerit, ciues egerit
exilium, quamuis Thraſyllo ipſe exi-
io Aſtrologo vteretur, & artem ex-
erceret. Idem Dion narrat, Vitelium
dicto omnes iuſsiſſe aſtrologos ad cer-
um diem Italia excedere, illosq́; con-
ra propoſuiſſe prædictionem mortis
ſius, & diei, quo hanc obijt. Memo-
abile eſt, quod Suetonius de Aſtrolo-
o narrauit, quem Domitianus acci-
iſſet, & interfeciſſet, cum illi & ſibi
ortem prædixiſſet. Quod ex Dione
Xyphilinus pauló aliter retulit.
ſtrologiæ autores perhibentur eſſe,
cut ceterarum diuinationum Aegy-
tij, cuius pars ea eſt, quæ γενεθλιαλογικὴ
ocatur, & profitentes illam ἀποτελεσμα-
κοὶ καὶ γενεθλιακοὶ, prædicentes: τῇ ἑκα-
ος ἡμέρῃ γενόμενος, ὅτεοισι ἐγκυρήσει, καὶ ὅκως
τελου-

τελευτήσει, καὶ ὁκοῖός τις ἔσαι, quemadmodum Herodotus ait. Hi enim ad indicatum cuiusq; partus momentum policentur vaticinationem de eius, qui tunc natus sit, vitæ curriculo, & fati mortis, itemq; de ingenio atque conditione. Diodorus Siculus scripsit libro 5. Actina Solis filium ex insula Rhodo in Aegyptum venisse, & condidisse Heliopolin, & docuisse Aegyptios Astrologiæ scientiam, & Belum quem perhibuerint esse Neptuni & Libyes filium, ex Aegypto in regionem Babylonis ad Euphratem venisse, & ibi secundum Aegyptiacam disciplinam instituisse vt sidera obseruarentur, & naturæ rerum perquirerentur, & Astrologiæ daretur opera, ab ijs qui Chaldæi sunt nominati. Sic enim ille: τάστε παρατηρήσεις τῶν ἀσέρων τούτους ποιῆσαι μιμουμένους τοὺς παρ' αἰγυπτίοις ἱερεῖς καὶ φυσικοὺς, ἔτι δὲ ἀστρολόγους. Fuêre qui in India primos Astrologos extitisse scripserunt, & Indicæ rationis alicubi mentio fit singularis. Plurimi Abrahamum in Iudæam postea appellatam regionem, attulisse tradiderunt hanc quoq; rerum celestium scripturam, id est, τὴν

ὶ τὰ οὐράνια σοφίαν. & extat Iosepi
arratio tribuentis hanc primis vsur-
atoribus Sethi posteris nepotibus A-
ami, quos in duas columnas sua in-
enta ait perscripsisse. Nos vt de re in-
erta fabulas Græcorum referre vo-
limus, quæ discrepantes magis etiam
ndicarent rei ipsius ignorationem.
undamentum autem scientiæ Astro-
ogicæ est longi temporis obseruatio
tq; notatio collocationis motusq́; si-
derum. Atq; has descriptas custodiri
ab Aegyptijs, idem Diodorus scripsit,
de incredibili multitudine annorum.
Quod à priscis temporibus hoc ipsi
studio flagrauerint, vt siderum erran-
tium motus, conuersiones, insisten-
tium moras, maxima cura depræhen-
derent, & his compertis cognosce-
rent singulorum vires, ad procreatio-
nes & partus animantum, & quorum
euentuum bonorum malorumúe es-
sent efficientes. Ac sæpenumero re-
spondet, inquit, fortuna prædictioni-
bus illorum de casibus futuris in ho-
minum vita. Non raro etiam frugum
interitus aut contra copiam, necnon
morbos tam hominum quàm aliarum
ani-

animantum orituros præsignificant, itemque terræmotus & eluuiones, emersiones crinitarum stellarum, & alia, quæ plærique non posse cognosci arbitrantur, de longi temporis obseruatione præuident.

Auxerunt artem Chaldæi continuando obseruationes in templo Iouis opere ingentis altitudinis extructo à Semiramide, vbi prospectus in omnes partes pateret. Hyperionem ferunt primum obseruationis diligentia animaduertisse Solis & Lunæ ceterorumque siderum motus, necnon temporum quibus illi perficerentur momenta, & istam hominibus notitiam tradidisse. Eamque ob caussam patrem horum esse dictum, vt qui istam cognitionem procreasset. Hoc retulit Diodorus libro 5. Qui idem libro 3. narrat: Atlantem perhiberi Saturni fratrem, καὶ τὸν σφαιρικὸν λόγον ἐξακριβῶσαι, explicando astrologicam doctrinam accuratius distinctione mundi Sphærica ratione, vnde dictum fuisse, quod celum hic sustineret. Et libro quarto scripsit: Herculem fuisse edoctum disciplinam Astrologicam ab Atlante, quam

am cum in Græciam attulisset, ita
oulam natam, quod subijsset Atlan-
onus in sustinendo mundum. Pri-
us ab eodem Diodoro nominatur
trologus Belesis, qui suæ scientiæ
ædictionibus impulerit & confirma-
rit Medos ad inuadendum & occu-
ndum Imperium Assyrium. Qui de
trologis scripserunt cum alij tam bar-
ri quàm Græci, tum hi celebrantur.
etosiris Aegyptius, itemque Abra-
am, cuius scripta Maternus magni fe-
t: Hermes, cuius liber vnus Myste-
orum titulum haberet, itemq; vnus
e ortu Sirij. Nechaos. Nechepsos.
hales, Alcmæon, Meton. Aristoteles
escio quis. Heliodorus. Dorotheus,
ui astrologica versibus hexametris
actylicis exposuit. Apollonius Myn-
ius. Artemidorus, qui & de somnijs
cripsit. Timæus. Aesculapion. Apolli-
aris, & Euctemon Athenis, qui per-
ibentur scripsisse ἐπισημειώσεις ἀπλανῶν
καὶ τοῦ ποιητικοῦ. Id est, notatas significa-
iones stellarum non errantium, & de
caussa efficiente. Indicatur & liber
Plotini Philosophi, cuius titulus fuerit:
ἠ, vel, οὕτω ποιοῦσιν ἄστρα, id est, an, seu,
quæ

quæ sit in sideribus caussa efficiens. D scriptura enim in libris Macrobij ed- tis, quæsitum est huius tituli: Veru ne sit: Si faciunt astra. An: Sic faciun astra. Dositheus in Ionia. Callippus i Hellesponto. Philippus in Pelopone so ac Phocide. Hipparchus in Bithy nia. Antiochus, Valens, cuius Them genethliacum vrbis Constantinopole os celebratur. Et memoratur scriptun περὶ τῶν παρανατελλόντων, id est, ijs, qua oriuntur vnà cum ijs sideribus, quori ortus noti obseruatiq́; sunt. Heraiscus Serapion. Ptolemæus. Stephanus. Alexander. Theophilus. Barbarorum autem inprimisq́; Sarracenorum & Arabum & Iudæorum, vt Messalæ, Albumasaris, quem Græci ἀπομάσαρον vocarunt, Alcabicij, Halyos, & cæterorum, itemq́; hos maxime secutorum recentium Astrologorum cœtus est ingens, neq; in ijs nominandis, quod precium operæ esset nos facturos duximus. Prisci maxime putantur, Hermes, de quo supra meminimus, & Zoroastres; & Ostanes. Scripsit Suidas, nescio quo autore, Alexandriæ Astrologorum tributum habuisse nomen βλακεννόμιον. In

quo

uo est significatio stultitiæ. Quod ad
los ventitare stulti consulendi gratia
lerent. Euaserat nimirum tunc pro-
fsio istius artis ad insignem & nota-
ilem vanitatem, quæ etiam ingenio-
rum epigrammatibus derisa est, tan-
uam nugatoria atq; fallax. Cum sane
iter falsas diuinationes prodirent præ
ictiones etiam veræ mirabilium &
opinatorum euentuum. De quibus
im aliæ narrantur, tum Theagenis
pollonatæ astrologi de Octauio, qui
ostea Cæsar Augustus fuit, relata ab
uetonio.

M. Cicero hæc ferè, exceptis som-
ijs, artis esse perhibet. Somnia autem
vaticinationes naturæ tribuit: Nos
erò has supra communem etiam na-
uræ modum extulimus, & hæc cum
s putauimus coniungenda, in quibus
pparerent naturales caussæ siue effici-
ntiæ siue significationis, præpositæ ho-
inum solertiæ ad perquirendum &
epræhendendum. Quæ facultas στοχα-
κὴ vocatur, qualis & Medicinæ ars
t, & bene qui coniecerit, is vates
erhibetur optimus.

διοσημείας vocarunt Græci tempe-
E stätem

ſtatem inſolitam, qua obnuntiata ad publicam actionem congregatus populus dimittebatur, & differebatur negotij explicatio. Ita inquit ille in Acharnenſibus : διοσημεῖ ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με. Nominarunt & διὸς σημασίας Græci, diuina quædam ſigna. Romani tonitrua potiſsimum & fulgura obſeruarunt. Et in commentarijs auguralibus ſcriptum habuerunt : Ioue tonante, fulgurante, comitia habere nefas. Plutarchus in Agide & Cleomene Laconicam obſeruationem de celo noctu narrat talem : Ephori anno quoq; nono capiunt noctem ſerenam non fulgente Luna, conſidentesq́; cum ſilentio in celum intuentur. Siq́; viderint ex vna parte quapiam ſtellam traijcientem in alteram, iudicant ab Regibus in re diuina peccatum eſſe. & imperium illis abrogant, donec reſponſum Delphis aut aliunde culpa illos liberans acceperint. Lacedæmonios etiam excercitus maximè terruit mota terra. In celo, ſæpe viſas eſſe mirabiles ſpecies, vt confligentium copiarum, in hiſtorijs traditur. Itemq́; Luces. Narratq́; Diodorus libro 16. Cum in Sici-

liam

tiam Timoleon contenderet, classem tota nocte facem ardentem in celo præcessisse tanquam ducem illius, donec in Italiam ea peruenerit. Facem etiam noctu supra castra Cæsaris eminentem igneo splendore claram, visam deferri in castra Pompeij ante prœlium Pharsalicum scripsit Plutarchus. & lux nocte effulgens est in lib. 4. κύρου παιδείας. Iam stellas aut aliquid simile stellarum interdiu conspectum esse, in historijs sæpe legitur. Hæc omnia apud Romanos ad explicandum Hetrusca disciplina complexa fuit. Huc cometarum communi nomine appellatorum apparentes species apponi poterunt. De quibus nostra quoq; extat disputatio. Qualis fuit ante euersam Lacedæmoniorum potentiam, fax visa ardere in celo, tanto splendore, vt vmbram efficeret Lunæ instar, nominata πυρίνη δοκίς, id est, trabs ignea. Cuius mentionem faciens Diodorus libro 15. scribit Chaldaica disciplina affirmari, quod certis destinatisque temporibus talia φαντάσματα apparere, prædiciq; Astrologica scientia soleant. Vt non tam mirandum sit, si quid istiusmodi extiterit,

quàm ſi non extiterit ſuo præfinitoq́ue tempore. Id quod haud ſcio an aliter ſe habeat. Hæc itemq́; alia, de quibus mox dicetur, latinè ſunt prodigia, portenta, oſtenta, monſtra appellata. Quibus plurimis, ſuperi, inquit Lucanus, minaces prodigijs terras implerunt, æthera, pontum, ſignificantib. fata ciuilis belli, lib. primo à poëta verboſè expoſitis. Prognoſtica tempeſtatum omnino ſagacitatis cuiuſdam & attenti ſtudij ſunt, ſed in hoc ipſo alius alio veracior reperitur, ſiue ingenij ſolertia, & diligentia obſeruandi, ſiue naturali induſtria, ſiue etiam aliquo exteriore inſtinctu præditus. Sunt autem Aratea & Maroniana & noſtra quoq; prognoſtica in medio, & notæ vulgares in hoc genere prædictiones, quibus euentus ſæpenumero præciſè reſpondent. Significationes autem putantur eſſe ſingulares: Defectus, vt ait Maro, Solis, Lunæq́; labores. Fulminum interpretes ſunt κεραυνοσκόποι. Mirum eſt quod Xiphilinus ex Dione retulit: Regnante Seuero guttas argentei nitoris defluxiſſe in forum Auguſti. Quibus tinctum æs retineret argenti colorem toto tri-

to triduo. De ſomnijs diſputationes variæ extant, & vna recentior Syneſij, miſcens diuerſa. Sunt in medio Ariſtotelica, quibus θεόπεμπτα hæc eſſe negantur, ſed perhibentur δαιμόνια. Naturam enim ipſam eſſe δαιμονίαν. Videtur autem hoc dici, (ſunt enim Ariſtotelica plæraq; verſuta atq; callida) in natura ipſa fieri nonnulla admiranda ac ſingularia. Diſtinctio autem ſignificationis horum duorum nominum ὀνείρου & ἐνυπνίου relata à Suida, non habet multum momenti, ſicut etiam ibidem dicitur. Sanè Homerus quoq; pronuntiat ſomnia eſſe diuina, ſic enim apud hunc Achilles: τὸ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Et apud eundem, θεῖος ὄνειρος. Nos autem illud teneamus, ὥστε τὸ ἀληθῶς μὲν θεῖον παντάπασιν ἐξαιρεῖν λόγου, περὶ δὲ τῶν δαιμονίων οὐδὲ διαλεχθῆναι τὴν ἀρχήν. Dicitur autem in Græco ſermone ὁ ὄνειρος, & τὸ ὄνειρον, & ὄναρ, viſum dormienti per quietem ſomni oblatum. Quemadmodum ὕπαρ, res vera, quæ vigilantium ſenſibus compræhenditur. Græcum ἐνύπνιον deſcriptionem ſomnij ſiue inſomnij (quod latinum nomen plane interpretatur Græcum)

à nobis expositam, nominis significatione euidenter indicat. Aristotelis definitio secundum ab ipso commemorata subtilior est: Quod sit somnium, visum, id est, φάντασμα, de compræhensorum sensibus (ipse αἰσθήματα vocat) motu existens in dormiente, quoad hic dormit. Democriti autem ἀπόῤῥοια & παράστασις εἰδώλων, sanè mirifica est, cum inexplicabile sit, quomodo & defluant illa simulacra, & applicentur. Sed pænè plura quàm pro instituto de his dicta sunt. Antiquitas plurimum tribuit somnijs, & horum in diuinando vim censuit esse eximiam. Et Achilles Homericus cum in summo rerum discrimine consulendum esse suaderet vatem, subijcit aut ἱερῆα, id est, nisi fallor, pronuntiantem oraculum, aut ὀνειροπόλον, quem coniectorem Latini appellarunt. Etsi me non fugit, quosdam opinatos esse μάντεως nomine certam diuinationem ibi indicari, vt auspicij siue augurij, & ἱερῆα τὸ δι' ἱερείων μαντευόμενον, qui erit scilicet θύτης. Est autem interpres somniorum ὀνειροκρίτης, & ὀνειροθέτης, & scripta ὀνειροκριτικὰ, explicantia somniorum visa. Quale superiorib.
annis

nnis editum eſt Artemidori. Et Plu-
rchus in Pompeio, inter alios libros
lithridatæ ſcripſit repertum eſſe vnum
εὶ ἐνυπνίων. Et Panyaſis aliquid de
omnijs non ille priſcus, ſed longè po-
erior compoſuiſſe traditur. Et in ſe-
timo libro ἀναβάσεως nominatur à Xe-
ophonte Euclides Phliaſius vates,
ιςαγόρου ὑὸς τοῦ τὰ ἐνύπνια ἐν λυκείῳ γε-
γραφότος. In oratione priore Gregorij
heologi in Iulianum Imperatorem
nortuum, dicitur: ὅτι ἡ δι' ὀνείρων μαν-
ικὴ τελμισσέων. Id eſt, ex ſomnijs diui-
ationem propriam eſſe Telmiſſenſiũ.
Athenæus libro 8. mentionem facit
anquam vatis per quietem ſomnij cu-
uſdam, quam βριζὼ vocat, cui rem di-
inam faciant Deliades mulieres. In
collectis à Suida paſsim verſus ſenarij
recenſentur, viſa ſomniorum interpre-
tantes, in quorum titulo nimirum hic
refertur: ὄναρ καθ' ὕπνον μητρικὲς λαλεῖν
τόδε. Plutarchus ſcripſit in Lucullo:
Syllam in ſuis commentarijs meminiſ-
ſe: μηδὲν οὕτως ἀξιόπιςον ἡγεῖσθαι καὶ βέβαιον,
ὡς ὅ, τι ἂν ἀποσημανθῇ διὰ τῶν ἐνυπνίων. Id
eſt: vt nihil adeò fide dignum atque
certum duceretur, quàm id quod per

ſomnia eſſet ſignificatum. Et ſunt ſane plurima veracia ſomnia in hiſtoricis ſcriptis memoriæ prodita, quæ poterit, qui volet, colligere ac conſiderare. Contra verò ſomnia adeò leuis & inanis res à pleriſque habita, vt hoc ipſo nomine tanquam prouerbij, notarentur futilia atq; vana. Et Græci perhibebent, ὅτι ἀναπτεροῦσι τοὺς ἄφρονας τἀνύπνια. Id eſt, quaſi pennis extolli à ſomnijs ſtolidos. Et quæ fidem ſuperant, ea οὐδ' ἐν ὀνείρῳ ſiue οὐδ' ὄναρ, id eſt, ne per ſomnum quidem offerri ſolere perhibentur. Cum contra Penelope ὀδ. φ'. Nunquam ferè, dicat, vt obliuiſcatur Vlyſsis, recordatura illius ſemper ἔν περ ὀνείρῳ. Quod ea quæ interdiu cogitantur noctu dormientibus obuerſari conſueuerint. De falſis autem atque fictis, ſomni mentionem ſcimus vſurpatam. Terentius: Somnium. vtin hæc ignoraret ſuum patrem? Et Plato Lyſide: ὄναρ πεπλουτηκέναι. Et Ariſtophanes σφηξίν: ἐνύπνιον ἑστιώμεθα. Et ὀνειρώδη τέρψιν vocarunt euaneſcentem voluptatem. Somniare eſt Latinis, ſomnium videre. id eſt, ὄναρ ἰδεῖν. Quod & ὄναρ δοκεῖν ὁρᾶν. Latini ita, in ſomnis viſus ſum

vide-

lere. Græci etiam ὄψιν ὀνείρου ἰδεῖν. Et
ρ φανῆναι. Veteres ad ſomnia capienda
cubare fanis & ſacris locis ſolebant.
in Iſidos, vnde Iſiaci coniectores. Et
nphiarai, & huius filij Amphilochi.
apud Spartiatas in Paſiphaës fano,
*nec non Inûs.* Et apud
aronem in lucũ Fauni: *Dona ſacerdos*
*m tulit, & cæſarum ouium ſub nocte ſilenti*
*llibus incubuit ſtratis, ſomnosq́; petiuit,*
*ulta modis ſimulacra videt volitantia miris*
*variàs audit voces.*
Ianc Græci vocarunt ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐγκοί-
σιν. Coniectura bella ſomnij quod
diſſet Alexander refertur à Plutar-
no. Cum enim viſus eſſet videre Ale-
ander oppugnans Tyrum, in ſomnis
longinquo alludere ſibi Satyrum,
uem ſæpius effugientem tandem com
ræhendiſſet: Vates diuidentes no-
nen, vt fieret σὰ Τύρος, pronuntiarunt,
ipſius poteſtatem venturam eſſe vr-
em. Bella & iſta eſt Theocriti vatis,
arrata ab eodem Plutarcho in Pelo-
ida. Ante prœlium commiſſum cum
acedæmonijs, ducente excercitum
Cleombroto, Pelopidas conſopitus in
aſtris, viſus eſt audire filias Scedaſi illo

 in lo-

in loco ſepultas, eiulantes & execrantes Lacedæmonios, & patrem Scedaſum iubentem immolare illis flauam virginem, ſi compos victoriæ fieri cuperet. Perturbato autem Pelopida, & de ſomnij viſo cum præcipuis deliberante, diſcrepantibusq; ſententijs, & ipſo hæſitante, de improuiſo ex equorum grege equa accurrit cum pullo, & per armatos ad conſilium delata, ibi conſtitit, cum exultante hinnitu. Erat autem color flauus & iubæ inſigniter rubræ. Tum vates Theocritus re animaduerſa exclamat compellans Pelopidam: Adeſt tibi ô clariſsime vir victima, neque nos aliam virginem circumſpiciamus, vtamurque hac oblata diuinitus. Et ita mactata equa ad buſtum virginum illarum, prœlio commiſſo victoria Thebani glorioſiſsima ſunt potiti. Somnia vocant quædam naturalia, quæ ſunt ἐνύπνια φυσικά. De quibus poëta antiquus apud Ciceronem ita:

*Res, quæ in vita vſurpant homines, cogitant,*
*curant, vident*
*Quæq; agunt vigilantes agitantq;, ea ſi cui*
*in ſomno accidunt,*

*Minus*

*minus mirandum est.*

carunt & συγκραματικοὺς ὀνείρους Græ-
omnia congruentia temperamento
norum in vnoquoq;. Quæ & medi-
consideranda censent. Alia enim
t eorum in quibus atra, alia in qui-
flaua bilis, alia in quibus pituita
undat, alia item in quibus sanguis
purior. Et extat Hippocratis titulo
er περὶ ἐνυπνίων. Aliquibus, quos A-
oteles εὐθυονείρους vocat, eorum visa
eruntur directè & sine ambagibus,
est, non αἰνιγματῶδη, quæ vigilanti-
s deinde accidunt. Aitq; complures
ia somnia videre futiles atque leues
mines. Sed mirabiliora illa sunt,
æ aliquas species veras offerunt, &
s ostendunt non difficilis coniectu-
. Qualia narrantur Ciceronis & Ca-
li de Octauio. Quorum ille vidisset
tena aurea demitti puerum de celo
capitolium, acceptis flagris à Ioue:
e in cœtu patriciorum puerum acce-
ntem quendam in capitolio ad Io-
em recondere in sinu imaginem Ro-
æ traditam à Ioue. Cumque neutri
nc notus esset adhuc Octauius, ag-
ouisse vtrumq; postea eum habentem
formam.

formam ab ipsis in somnis conspecta
Narrantur & euidentiora, vt Alexa
dri de radice salubri, quam Dracon
decerpsisse videre esset visus. Et Aeli
nus scripsit libro 12. Aspasiam, q
Cyri posterioris deinde concubina f
cta est, admonitam in somno de m
dicamento, ita sanasse vitium qu
oris venustatẽ valde deformarit. Q
ad exemplum huius generis indica
esse, satis habeatur. Appellarunt a
tem tales ὀνείρους θεωρηματικοὺς, id e
cognitionis perceptæ, cum alij sint ἀ
ληγορικοί. Multò admirabilius est quo
narratur ab Dione: Præstigiatore
quendam ac Magum immisisse somn
um Tiberio, quo iuberetur ipsi arge
tum dari. Sed hoc artificiose depra
hendisse Tiberium, & iussisse præstigia
torem illum interfici. Esse itaq; con
siderationem somniorum variam, &
nequaquam explicatas caussas atqu
rationes, confitendũ est. Poëtica Re
giæ somni & familiæ somniorum de
scriptio Ouidiana est in x1. libro Meta
morphoseon. Vbi & differentiæ quæ
dam visorum indicantur nominibus
Morphei, Iceli, & Phantasi. Et sunt
transla

..slatæ somni portæ geminæ ab Ho-
..ro apud Maronem:

*Quarum altera fertur*
*..ea, qua veris facilis datur exitus vmbris,*
*..ra candenti perfecta nitens elephanto,*
*..alsa ad celum mittunt insomnia manes.*

..Constantio Zonaræ leguntur versus
..ologici somnij, quod visus sit videre
..anus, prædicentis mortem Con-
..tij:

.. ὅλαν εἰς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
..θενικῆς δὲ κρόνος μοίρης βαίνῃ ἐπὶ πέμπτης
..ς, βασιλεὺς κωνστάντιος ἀσίδος αἴης
..α φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

..s versus vir eruditione doctrinæ
..estans, & de studijs bonarum artium
... meritus Hieronymus Vuolfius sic
..uertit in latinos:

*..piter augustos vbi fines intrat aquarij,*
*..gineoq; sinu vicesima quinta recepit*
*..tio falciferum, Constantius induperator*
*..gnum Asiæ tristi superatus morte relinquet.*

..c ista descriptione indicatum tem-
..s, Iohannes Homilius ingenio acer-
..mo & copia doctrinæ liberalis, & sci-
..tia disciplinarum mathematicarum
..cellens, cuius obitu magnam ista
studia

ſtudia iacturam fecêre: rationes Pt
lemaicas ſecutus depræhendit. In
dere in Aegyptiaci anni 1108. â N
boanaſſero, menſem Athyr finitu
qui fuerit anni Chriſti 360. men
Nouembris. 20. Diſciplinæ ſomniat
cis autores facit Gregorius Theolog
in oratione contra Iulianum prior
Telmiſſenſes. Fuit autem Telmiſſ
vrbs in finibus Cariæ & Lyciæ. Syne
us duos oraculi verſus exponit, qu
rum altero fructus ex ſomnijs perci
dicitur benignitate diuina:

τοῖς δὲ διδακτὸν ἔδωκε φάους γνώρισμα λαβέ
τοὺς δὲ καὶ ὑπνώοντας ἐῆς ἐνεκάρπισεν ἀλκ

His, tribui alijs copiam illuſtris cogn
tionis, dicitur per doctrinam, ali
dormientes quoq; compleri fructu fo
titudinis illius. Somnia cum alia ſi
gularia, tum inprimis mirifica narra
tur in Herodoti Polymnia, quib. re
Perſarum Xerxes ad bellum Græci
inferendum impulſus tandem fueri
Sed, quemadmodum aliquoties teſta
ſumus, nobis modo, neq; in colliger
dis nunc omnibus, quæ commemora
ri poſſent, neq; his enarrandis, conſi
lium propoſitumq; fuit, occupari.

Qua

Quæ ſequuntur, ea omnino volunt
aſsis naturalibus niti, ſed inuoluta
ère ſuperſtitionibus infinitis. φυσιο-
ωμονικὴ, ſignificationem habet noti-
: & conſiderationis naturæ. De hac
iam φυσιογνωμονίας nomine Græci ſunt
. De qua & Ariſtotelis ſcriptum ex-
t, & ſuperiorib. annis editi libri Ada-
antij ac Polemonis. Cicero de Zopy-
Phyſiognomone loquens, ſic Græ-
ım nomen interpretatur, vt ſignificet
ım, qui profiteatur hominum mores
aturasque ex corpore, oculis, vultu,
onte pernoſcere. Plutarchus narrat
halcidenſem quendam, qui cum Oro-
aſſo Parthico legato ad Syllam veniſ-
et, intuitum vultum Syllæ pronuntiaſ-
e: fieri non poſſe, quin ille ſummus
ir euaderet, & dixiſſe: mirari ſe, quod
ondum extitiſſet. Frontem igitur
ontemplantes erunt propriè μετωπο-
κόποι. Plinio ſunt ex facie hominum
ddiuinantes. Ex quibus ille vnum, de
icturis Apellis, dixiſſe, aut futuræ
nortis eorum, quos eæ picturæ repræ-
entarent, annos, aut præteritæ, retu-
it ex Appione Grammatico.

χειρομάνται, qui & χειροσκόποι intuen-
tes

tes manus diductas atq; dilatatas,
est, palmas, & in illis notantes ducti
linearum, ita aliquid vaticinantur, δ
τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν διατεινομένων καὶ τ
παλάμης ἀπὸ τῶν ῥυτίδων προλέγοντές τι.
dicitur in collectis à Suida, vbi & scri-
ptor huius artis nominatur Helenus
nominatur & Artemidorus. Nos bre-
ue scriptum Græcum sine nomine vi-
dimus, & edita sunt diuersarum lin-
guarum multa. Admirabile est inpri-
mis quod narrauit mihi aliquando
summus vir Bilibaldus Pyrcamer:
Cum quodam se istius artis perito de-
ambulantem quodam tempore sub
vrbe Norica, vidisse fores apertas hor-
ti cuiusdam noti sibi hominis, & pla-
cuisse introire. Ibi duas puellas quæ
herbas rigarent, & flores curarent ob-
uersantes, appellasse se familiariter aie-
bat, & petijsse, vt aliquid decerptum
herbarum & florum sibi comitiq; suo
traderent, cuius odore delectarentur:
Inprimis autem comiti suo, qui inspe-
ctis manibus ipsarum prædicere sciret,
quando sponsæ essent futuræ. Tunc
vnam discessisse, & negasse se esse osten-
suram ipsis suam manum. Alteram ve-
rò fa-

ò facilem ad hoc ſe præbuiſſe. Cuius manu inſpecta ab eo, quem diximus comitem tunc Pyrcameri fuiſſe, ita flosculis acceptis abijſſe ambos dicebat. Atq; horto cum fuiſſent egreſsi, in reliqua deambulatione interrogaſſe eum, quid animaduertiſſet in puellæ manu? Tunc illum ſubtriſtem reſpondiſſe, non duraturam vitam ipſius vltra dies prox. octo. Id admiratum ſe, cui bene valens et alacriter hilaris ea puella viſa eſſet, diligenter obſeruaſſe, & comperiſſe ipsam mortem ante diem octauum inominatò obijſſe. Vidi & ego iſtum, qui longo tempore in Italia, ac diutiſsimè Romæ fuerat, in mea patria puer, Ecclesiaſticis beneficijs auctum, & de eius prædictionibus multa incredibilia audiui. Qui doctiores videri volunt ad Aſtrologicam diſciplinam illas prædictiones referunt, & loca in manu certa certis ſiderum nominibus inſigniunt.

παλμικὰ ſcripſiſſe ait Suidas Poſidonium quempiam, exponentem quid alicuius membri ſubitus motus ſignificaret. Apud Theocritum paſtor de oculi dextri ſalientis motu auguratur conſpectum amicæ, ſic enim inquit:

ἄλλεται ὀφθαλμός μου ὁ δεξιὸς. ἆραγ' ἰδήσ[illegible] αὐτάν. Et feruulus in Comœdia ait futurum eſſe quod vellet, ita, inquit superciliũ ſalit. Notauit autem ſuperſtitioſa vanitas in Phyſiognomonicis & hac in parte, oculos inprimis eſſe conſiderandos, ὅτι τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἐπικρατεῖ, id eſt, quod ſigna in oculis maximam vim habeant. Sed ſecundum oculos aurium ſignificationi plurimum tribuerunt. Et ſcripſit hoc Plinius lib. 28. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire de ſe receptum eſt. Eſt autem hic Græcis ἦχος καὶ παλμὸς ὤτων. Narium etiam motu, & titillando ſi interius cierentur, aliquid portendi cenſuerunt. Sed ἐλαίας vocarunt maculas alicubi in corpore, & quid in vnaquaq; parte illæ ſignificarent, tam virorum quàm mulierum, conati ſunt explicare. Animi præſagia, id eſt, præſenſiones, (quod ſagire ſit acutè ſentire, ſecundum Ciceronem, & inde dictæ ſagæ anus, & ſagaces canes.) illa igitur præſagia, & hæc, quemadmodum Cicero quoq; appellat, præſagitiones, naturali quodam impetu commoueri exiſtimantur. Adducit autem

Cicero

icero versum Plautinum ex fabula
iius nomen Aulularia. Et Græcus
rsus à nobis paulò ante expositus
t in Andromacha Euripidis: Ibi enim
nex Peleus, ad nuntij aduenientis tri-
em compellationem, perturbatus,
nimum sibi vaticinari aliquid ait. Si-
ilem adductum à Chrysippo retulit
alenus libro tertio disputationum de
lippocratis & Platonis dogmatibus:
ηδῶν ὁ θυμὸς ἔνδοθι μαντεύεται. Quo di-
tur, intus exultantem animum vati-
nari. Et audiuntur crebrò talia dicta
ominum: Hoc vel illud animum præ-
gisse. Et poëtæ est: *Præsaga mali mens.*
In tertio genere posuimus ea,
uæ propriè συμβολικὰ appellari posse
imus arbitrati. Est autem σύμβολον si-
num seu nota, vnde conijciendo ali-
uius rei notitia contingit. Et est Ari-
toteli disserenti de elocutione, id est,
τῷ περὶ ἑρμηνείας, σύμβολον nomen seu
ocabulum significans aliquid. Etsi au-
em quæ in secundo genere recensui-
nus, & ipsa coniectura explicantur,
nagis tamen ea de naturalibus caussis
rocedere, aut naturali instrui & adiu-
ari ratione, quàm ista videntur, &
F 2 ideo

ideo superari posse duximus. Quod si quis etiam ex illis coniungere aruspicinam præcipuè, cum his voluerit, eius opinionem non sumus reprȩhensuri.

Est igitur hoc genus eorum, quæ simpliciter continentur coniectura quadam, attentione accurata ad artis etiam similitudinem redacta. Suntq; de eis Græci ferè μαντικῆς nomine vsi, & potissimùm de augurijs atq; auspicijs, cum commune sit nomen hoc diuinationum omnium. Etsi neque huic afflatum quendam diuinum, (θεόπνοια Græci vocant, & hoc præditos θεόπνους & ἐξ ἐπιπνοίας ἐνθέους) abesse censuerunt in singularib. præcipuè euentis. Quicquid autem excellendo superaret captum humanum, id antiquitas diuinum appellauit. In Prognostico etiam vbi Hippocrates iubet Medicum præuidere, si quid θεῖον sit, quamuis Galenus aliorum interpretationem repræhendens de aëris ac celi habitu atque statu dictum affirmet, haud tamen scio an simpliciter quicquid vim ingenij & industriæ hominum, facultatemque artis superaret, ita autor ille indicare voluerit. Diuinationis autem partitio

tio in naturalem & artificioſam apud iceronem Stoica eſt. Qui fecerunt τεχνον καὶ ἀδίδακτον huius vnum mem-rum, ἐνύπνια καὶ ἐνθουσιασμούς. alterum χνικὸν, οἷον ἱεροσκοπίαν καὶ οἰωνοὺς, καὶ τὸ περὶ ήμας καὶ κληδόνας, καὶ σύμβολα. μάντις, uemadmodum diximus, generalem gnificationem habet vatis & arioli. ed veteres de augure & auſpice ſunt roprie vſi. De quo aſcribere viſum ſt ſententiam eorum, quæ Galenus ad Hippocratea aſcripſit commentatione rima εἰς τὸ περὶ ὀξέων νοσημάτων, qui ſunt norbi acres atque vehementes. Cum nim ſcripſiſſet Hippocrates: Artem Medicinæ quodammodo aſsimulari poſſe τῇ μαντικῇ καὶ τῇ ἱεροσκοπίῃ: Gale-nus μαντικὴν, inquit, nominauit τὴν οἰωνιστικὴν, id eſt auſpicium & augurium, ἱεροσκοπίαν verò eam, quæ vocatur θυτι-κὴ, nomine ducto à mactando, quia aſpicientes periti iſtarũ rerum τὰ ἱερεῖα, inde aliquid prædicunt. Scimus autem ἱερεῖα, id eſt, victimas, appellatas, quic-quid mactaretur Dijs venerationis cauſſa, cuiuſmodi pecudes ſunt, qua-rum exta inſpicientes ariolarentur ἱερο-σκόποι. Atq; Hippocrates modo eos,

qui ex auium volatu vaticinarentur appellauit μάντεις, qui sunt οἰωνισαὶ καὶ οἰωνοσκόποι: Etsi nomen μάντεως & μαντικῆς, ad omnes huiusmodi prædictionum artes congruit. μάντεις enim vocantur, & ἱεροσκόποι, & οἰωνισαί, & γενεθλιακοί, & qui διὰ συμβόλων, id est, ex signis quibusdam, itemq́; extis prædicunt futura. necnon χρησμολόγοι καὶ θεομάντεις, qui oracula edunt & corripiuntur numine diuino. His annumerant aliqui ab Homero ὀνειροπόλους dictos. Hippocrates verò planè μάντεις eos vocat, qui sunt οἰωνισαί, sicut Homerus. Nam hic multis in partibus operis sui, indicans οἰωνιστικὴν artem prædicere futura, initio statim Iliados α' inquit:

ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν:

Vocans ἱερέα eũ qui est ἱεροσκόπος. Sed ὀνειροπόλον, tractantẽ somnia, & μάντιν, augurem. Hunc .n. in sua poësi ad res multis in locis maximas adhibet. Huiusmodi quædã eo loco Galenus. Sed nos deinceps & vocabula cõmemorata, & quæ de his enarranda duximus, persequamur. φῆμαι, & κληδόνες, & Homero κλεηδόνες, propriè omina sunt, id est, dicta

atq;

atq; voces aliquid portendentes. φήμη Latinis fama eſt, ἀπὸ τοῦ φάναι. Eſtq; κλέος eiuſdem ferè ſignificationis, & inde κληηδὼν καὶ κληδών. Atq; in his ſignificatio celebritatis. Vt in vetere verſu:

φήμη τὸν ἐσθλὸν κᾂν μυχοῖς δείκνυσι γῆς.

Quem fortaſſe ſic interpretari liceat:

*Celebrantur ima abſconditi terra, boni.*

Sed in hac mentione, vocis iſta fortuitæ eſt pronuntiatio, de qua boni maliúe alicuius euentus conijciendo præſumitur. Vnde & λόγος hic μαντικὸς dictus, & ὄσσα & ὀμφὴ, quam ἐτυμολογοῦντες τὸ ὂν φαίνουσαν perhibuerunt. Puerorum maximè dicta in hoc genere obſeruare viſum, id quod ab Aegyptijs aliarum quoq; ſuperſtitionum patribus, Plutarchus ortum eſſe ſcripſit. Cum enim, inquit, in libro de Iſide & Oſiride, in arcam corpus eſſet Oſiridis à Typhone incluſum, & abiectum in mare, & Iſis oberrans & omnes percontans, nihil certi ea de re potuiſſet cognoſcere, incidit tandem in puerorum ludentium cœtum, qui interrogati indicarunt oſtium Nili, in quod viderant factionem Typhonis proieciſſe arcam illam: ἐκ τούτου τὰ παιδάρια μαντικὴν δύνα-

μιν ἔχειν οἴεσθαι τοὺς αἰγυπτίους, καὶ μάλιστα τῶν τούτων ὀπτεύεσθαι κληδόσι παιζόντων ἐν ἱεροῖς καὶ φθεγγομένων ὅτι ἂν τύχωσιν. Ex eo, ait opinionem natam apud Aegyptios, quod pueri diuinatrice quadam vi prædití ſint, & de eorum fortuitis dictis ludentium in templis Aegyptios ominari inprimis. Latinum vocabulum haud ſcio an non ductum ſit ab ore, ſed habeat aliam originem. Quamuis non ignorẽ ex Varrone referri Oſmen veteres dixiſſe, vt ab ore factum nomen videri poſsit, eliſa littera s, ſicut Carmilla, Caſmilla & Camilla. Itemq; Carmenæ, Caſmenæ & Camenæ. De omine, φήμης & κληδόνος nominib. vtitur Homerus ὀδ. υ΄. Pauſanias ſcripſit Thebis fuiſſe aram conſecratam Apollini cognomento Spondio, effectam de cinere ſacrificatarum ibi pecudum, vbi ominum eſſet vaticinatio, quemadmodum & apud Smyrnæos. Miram vaticinationem ominum narrauit Pauſanias Achaicis ad ſimulacrum Mercurij cognomento ἀγοραίου, id eſt, forenſis. Bella omina ſunt, in quibus eſt verborum diuerſæ ſignificationis ſimilitudo. Vt in filiolæ Pauli Aemylij dicto : Perſa

perijt.

erijt. Et præconio vendentis ficus
auno aduectas, cum Duracium venis-
t Craßus cum exercitu proficiſcens
arthos oppugnaturus, qui Cauneas
amitaret. Id enim eſt caue ne eas. Et
σων ἀναςήσεται, de aſino prolapſo, per-
nente ad ſanitatem ægrotantis euaſu-
morbum. Eſt enim ὄνος ὢν, mutata
ronuntiatione ὁ νοσῶν. Eſt & ὄπεια com-
nunis ſignificationis, & verbum ὀπεύε-
. A prima origine ὄσσα & ὄπα. Et ὀδ. α'.
σόμενος πατέρ' ἐσθλὸν, de Telemacho,
nterpretatus eſt Demoſthenes quiſpi-
m, qui μετεφράσατο ſoluta oratione
Homericam poëſin, etſi παραφράςιν hunc
Euſtathius vocat: Demoſthenes igitur
ie, ὀσσόμενος ibi, ὀνειροπολῶν, conuertit.
Habet omen ſignificationem cuiuſ-
ue ſigni, de quo coniectura capitur
uentus tam boni quàm mali. Teren-
ius: Ea lege atq; omine, id eſt, condi-
ione ſeu euentu. Maro: Quod Dij
rius omen in ipſum Conuertant, Id
ſt, prædictionis euentum, libro ſecun-
o. Atq; hæc omina firma, Ibidem. Et
. Regibus omen erat. Et 12. Ne ne
mine tanto Proſequere. Similiter &
Græci οἰωνὸν dixêre, quicquid aliquid

portendere arbitrarentur. Vt Euri- φοινίσσαις: οἰωνὸν ἔθηκα καλλίνικα σα σέφη. Bo- num se omen facere, ait Creon, Tire- siæ serta præclara ob victoriam parta data. Et in Oreste de lacrimis: ἐκο- οὗτος οἰωνὸς μέγας. Valde mali ominis i- las fore dicitur. Atq; sic introducunt- aues loquentes ab Aristophane: (κρί-

ὄρνιν τε νομίζετ πάνθ' ὅσα περ περὶ μαντείας δι-
φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστι, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτ-
ξύμβολον ὄρνιν, φωνὴν ὄρνιν, θεράποντ' ὄρνιν
ὄνον ὄρνιν.

Quos versus Anapæsticos tetrametro- καταληκτικοὺς sic conuertimus in Lati- nos: (sta-

*Et aues censetis cuncta esse, quib. diuinatio con-*
*Famaq; vobis auis est, & auem sternutament-*
*vocatis,*
*Signa & auem, vocem & auem, seruum &*
*auem, quin auis est & asellus.*

Et Latinis Auspicium Auguriumq; si- militer de signis futurorum vsurparunt. Et Plautinus parasitus Auspicio hodie, inquit, optimo exiui foras. Mustela murem mihi abstulit præter pedes. Ex eo ait sperare se facturum augurium. Sed reprehendit ipse se: Mustela enim nullam esse incertiorē bestiam: Eam,

inquit,

nquit, ego auſpicaui in re capitali mea.
:t Maro de oraculo: *Da pater augurium.*
Et:
*riſte per augurium Teucrorum pectora ducunt:*
la mœnia flammis collucentia. Et:
*aribusq; in regna vocari Auſpicijs.* Et mox:
*Dij noſtra incepta ſecundent Auguriumq; ſuum.*
n Suida talia quædam leguntur: οἰωνι-
ικὴν, id eſt, auſpiciorum diuinationem
rimi Phryges inuenerunt. (Sed Pau-
anias inuentum iſtud tribuit Parnaſſo,
n Phocicis.) Huius vnum eſt mem-
rum ὀρνιθοσκοπικὸν, quo propriè auium
bſeruatio ſignificatur, quando de auis
olatu, à fronte vel à tergo, ſiue in
extrum ſiniſtrumúe latus declinantis
rædicitur hoc aut illud ſignificari. De
oc primus ſcripſit Telegonus. Aliud
nembrum eſt οἰκοσκοπικὸν, eorum quæ
n ædibus accidunt. Vt ſi in conclaui
eles aut anguis apparuit. Si effuſum
ſt oleum, mel, vinum, aqua, cinis. Si
tridor auditus lignorum, de quo ſcri-
ſit Xenocrates. Aliud ἐνόδιον, de ob-
iam factis in via. Vt ſi quis hoc vel il-
ud geſtans occurrerit, quid ſignifice-
ur. De quo ſcripſit Polles. Aliud χει-
οσκοπικὸν, cum manus aliquis inſpiciens
diui-

diuinat. Aliud παλμικόν. de quibus dictum eſt. Polletis autem varia ſcripta doctrinæ diuinatricis, ab eodem Suida memorantur. Atq; dicamus de auſpicijs augurijsq́; primùm pauca, quæ eſt propriè οἰωνιστική, apud multas olim gentes in vſu, & cuius incredibiles effectiones in veterum ſcriptis commemoratæ reperiuntur. Cum nulli ferè populi de obſeruatione conſenſerint. Id quod & Cicero ſcripſit, & notauit Galenus prognoſticum Hippocratis enarrans, de Græci auguris vnius, & Arabis alterius diuerſis rationibus. Eſt autem in nomine Latino Auſpicij manifeſta ſignificatio aſpectus auium, & in nomine Augurij, geſtuum, vel guſtuum quoque, vt legitur in Suetonij Auguſto. Et nominarunt Latini præpetes, nimirum præteruolantes, & oſcines, à cantu. Et Romani ſingularia habuerunt auſpicia pullorum, quos aſſeruans pullarius dictus. Qui emiſsi cum alacres obiectum cibum cupidè petebant, bonum hoc ſignum ducebatur, præſertim ſi tripudium fuerit. Viſum eſt bellum quod narrauit Plutarchus in Tiberio & Caio Graccis, & ideo placuit aſcribere. ἅμα

δὲ ἡμέ-

ἡμέρᾳ παρῆν ὁ τὰς ὄρνιθας, αἷς διαμαν-
τεύονται, κομίζων, καὶ προέβαλε τροφὴν αὐταῖς.
αἱ δ' οὐ προῆλθον, εἰμὴ μία μόνη. οὐδὲ αὐτὴ δὲ
τῆς τροφῆς ἔθιγεν, ἀλλ' ἐπάρασα τὴν ἀριστερὰν
πτέρυγα, καὶ παρατείνασα τὸ σκέλος, πάλιν εἰς
τὸ ἀγγεῖον κατέφυγε : Cum prima diei lu-
ce aderat quidam afferens aues, qui-
bus auſpicari ſolent, & cibum illis ob-
iecit. Sed nulla prodijt præter vnam,
quæ tamen ne ipſa quidem cibum atti-
git, ſed ſublata ala ſiniſtra, & ad hanc
crure extenſo, in caueam refugit. Sa-
lutis augurium res Romana fuit, lon-
go tempore neglectum, & inſtauratum
tandem ab Octauiano Cæſare. Quod
augurium Dion libro 37. ſcripſit, di-
uinationis fuiſſe genus quoddam, quo
fieret fides, concedi diuinitus, vt vota
ſuſciperentur pro ſalute populi Roma-
ni. Quod minus religioſè illa nuncu-
pari, niſi id concederetur, iudicarent.
τοῦτο, inquit Dion, μαντείας τὶς τρόπος ἐστὶ,
πίστιν ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφισὶν ὁ θεὸς ὑγίειαν
τῷ δήμῳ αἰτῆσαι. ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' αἴτησιν αὐ-
τῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γίνεσθαι. Vocat au-
tem hoc augurium Dion, οἰώνισμα τῆς
ὑγιείας. Plautinus Epidicus ita : Liqui-
do exeo foras auſpicio, aui ſiniſtra. Et
ſeruus

seruus in Asinaria : Impetritum inauguratum est, quouis amittant aues. Et senex in Aulularia : Non temere est quod coruos cantat mihi nunc ab leua manu. Homericus Calchas Græcorum augur, & classis ductor, ἣν διὰ μαντοσύνην. Et Troianorũ Polydamas Panthoï, quem aduenam Delphis perhibuerunt, filius. Calchantis augurium est ἰλ. β΄. Et Polydamantis ἰλ. μ΄. vbi volatus auium, qui in augurijs obseruaretur mentio fit, contemnente Hectore prædictionem, & negante se curare, vnde & quò volitent aues, & cõmemorante egregiam sententiam:
εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
*Optimum id auspiciũ est, patriã pugnando tueri.*
Vel explicatius, quemadmodum fecit Eobanus Hessus, vir & poëta optimus:
*Auguriũ tamen est, quod praualet omnib. vnum,*
*Pro patria pugnare, armis defendere ciues.*


Quia verò mentio facta est volatus auium τανυπτερύγων secundum Homerum, (qui sunt scilicet præpetes, de quo nomine Gellius disseruit libro 6.) de dextris atq; sinistris partibus, quarum ibi mentio fit, placuit ascribere nostram commentationem de tractatu

sphæ-

mæricæ doctrinæ, quam nos aliquan-
& ipſam excercuimus. Sphæra, id
, globus, ſolet in illa proponi tan-
am imago mundi. In Sphæra autem
minat Cleomedes σχέσεις, id eſt, re-
ectus quoſdam, & numerat ſeptem,
nquam in corporis quadam mole.
æ σχέσεις ſunt: ἄνω, κάτω. Supra, in-
. πρόσθεν, ὄπισθεν. Ante, poſt. Siue, à
onte & à tergo. δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν, ſeu
ώνυμον. Dextrum, ſiniſtrum ſiue le-
um. Et μέσον. Medium. Docet autem
leomedes Phyſicè, quod medium, &
uod infra dicitur in globo, id con-
ngi. Eſt enim medium in hoc, id eſt,
ntrum, imum quoq;, quia intimum,
um de extrema ſpecie, quam vocant
ræci ἐπιφάνειαν, ad centrum deductæ
neæ æqualiter concurrant. τὸ ἔμπροσθε
ὶ ὄπισθε μέρος, Latini nominarunt An-
cam & Poſticam partem. Atq; placet
leomedi Anticam partem eſſe Solis
ccidentis, poſticam orientis. Ita erit
extra Aquilonaris plaga, & Auſtralis
ua. Sed Varro aliter. Tradit enim
nticam partem eſſe meridiem, Poſti-
am Septentrionum. Ita erit ortus ſci-
icet plaga ſiniſtra, occaſus dextra. Sed
illa

illa altera Græcorum ratio eſt, & Pythagoræ, itemq́; Aegyptiorum, vt accepimus. Nam quemadmodum Plutarchus ſcripſit, in libro de Iſide & Oſiride: αἰγύπτιοι οἴονται τὰ μὲν ἑῶα τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, τὰ δὲ πρὸς βορρᾶν δεξιὰ, τὰ πρὸς νότον ἀριστερὰ. id eſt: Aegyptij putant partes orientis Solis eſſe mundi frontem. Sed Aquilonares dextras, auſtrales verò ſiniſtras. Scripſit autem Ariſtoteles Pythagoreos tradidiſſe noſtrum ἡμισφαίριον, quod eſt aquilonare, dextrum & ſuperum eſſe, & alterum, ſiniſtrum atq; infernum. Idem & Platoni viſum. Sed Ariſtotelica ſubtilitas hunc ſitum inuertit. Placet enim Ariſtoteli, dextras eſſe partes ad ortum, & ſiniſtras ad occaſum. Itaque, inquit, Aquilonares nos erimus infra, & Auſtrales alteri ſupra. Et, quemadmodum ipſe loquitur: τῶν πόλων ὁ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς φαινόμενος, τὸ κάτω μέρος, ὁ δὲ ἡμῖν ἄδηλος, τὸ ἄνω. Id ex eo probat, quod ortus ſit dexter, quia inde conuerſio mundi incipiatur. Sit enim quadratū α β γ δ. & iungatur α γ. appareatq́; α. & occultetur γ. In conuerſione verò quadrati ſuper α γ. intelligatur ad δ. initium

rum motionis, quem ortum esse Aristoteles docet, Iam collocetur aliquis super α γ. supinus, vt sit ad caput, id est, supra α. & ad pedes, id est, infra γ. erit scilicet δ sinistrum, & β dextrum. Ergo contra, fieri collocationem oportet super α γ. (quæ linea axem indicat) vt caput tendat ad γ. & infra sit α. Ita enim erit dextra conuersio ab ... Quæ cum sic in quadrato accidere cernantur, pariter etiam in circulo fieri intelligi potest. Quod erit euidentius, si circum quadratũ circul⁹ circumducatur. α β γ δ. ex centro ε. & conuersio fieri intelligatur super ζ β.




Hæc igitur est subtilitas Aristotelica, cum qua tamen & Orphica consentiunt. Sic enim est in hymno illius ad Solem:

δεξιὲ μὲν γενέτωρ ἠοῦς, εὐώνυμε νυκτός.

Pythagorica ratio: Esse dextra τὰ βόρεια, & sinistra τὰ νότια, Græcorum est & Empedoclea, & Aegyptiaca, vt ostendimus. Idq; eò probabilius videtur, quia Iudæorum huic est contraria. Hi enim Australem plagam dextram, & Aquilonarem sinistram faciunt, pariter atque Latini, quemadmodum Liuius indicauit libro primo. Hæc ratio rationi Græcorum consentienti cum Aegyptiaca contraria est, conuenit cum Iudaica. Itaque & auspiciorum appellationes contrariæ fuerunt. Nam dextra fausta erant Græcis, Latinis sinistra. Cum faustæ eæ aues haberentur, quæ altè subuolarent, id ad Aquilonem fieri omnibus, quibus ille vertex eminet, oportet. Est igitur αἴσιος οἰωνὸς, faustus ales, qui sublimè inuolat, id est, altè, in celum, quæ est plaga Aquilonaris, & iam Latinis sinistra, dextra Græcis. Etsi à sinendo, id est, addicendo, aliqui Sinistri nomen in auspicijs duxerunt. Quos Plutarchus secutus in Romanis capitibus, ita illud nomen interpretatur. Vel est Latinis sinistra auis, quæ subuolat ab ortu, quem secundum Varronis distinctionem, si-

nistrum

rum esse diximus, cum eadem Græ-
i plaga sit dextra. Sed de his fabu-
ndo plus temporis absumsimus,
uàm par fuit. Præsertim vanitate ista
mpridem oblitterata, & ignoratione
nullo vsu, obruta, vt de his rebus
quisitionem nihil aliud commenda-
posit, quàm quod omnis cognitio,
eralis habeatur. Homerica supra
licata hæc sunt:

τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
πείθεσθαι, τῶν οὔτι μεταστρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω,
εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιον τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερά τοί γε, ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

ud Eustathium est alia scriptura, ni-
rum ἐπὶ δεξιὰ, & ἐπ' ἀριστερὰ, vt sint
æ vtrobiq; dictiones. Est & duplex
plicatio. Vna, vt ἐπεξηγητικῶς ad men-
nem dextræ partis, ortus Solis ad-
tur, & ad sinistræ, occasus. Et per-
eatur plaga orientis dextra, ac sini-
a occidentis Solis. Altera, vt his duo-
s versibus quatuor plagæ indicentur,
Hector australem plagam dextram,
aquilonarem sinistram perhibeat.
uod sanè minus dilucidè expediri vi-
tur, vt prior explicatio retinenda
e videatur. Coniectura augurij quod

 in som-

in ſomnis videre eſſet viſa Penelop
exponitur ὀδ. τ΄. Aquilæ anſeres inte
mentis. Et antea ὀδ. ο΄. Aquilæ quæ c
ripuiſſet anſerem. Apud Maronem
aquilæ & cygnorum augurium. I
quo quærit Seruius: cum cygnus ne
in præpetibus, neq; in oſcinibus non
netur. Et verſus hos refert lectos
Ornithogonia:

*Cygnus in augurijs nautis gratiſſimus ales,*
*Hunc optant ſemper, quia nunquam mergi*
*vndis.*

Ariſtoteles in libro 9. hiſtoriæ de an
malibus ait: τοὺς μάντεις notare διεδρ
καὶ συνεδρίας, facientes δίεδρα μὲν τὰ πο
μια, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἀλλη
Et ἐξέδραν quoq; χώραν dixêre, alienu
& abhorrentem locum. Itemq́; alit
ἐξέδρους. In Antigona vocat Tireſias
κον ὀρνιθοσκόπον, ſedem, in qua auſpica
ſoleret. Et ibi ſe obſcœnos ſonos au
audijſſe dicit. Et fuiſſe Thebis ſcrip
Pauſanias Bœoticis, Tireſiæ conſecr
tum οἰωνοσκοπεῖον, id eſt, augurij locur
Cicero ſcribens Cæcinnæ ita: N
ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſt
oſcinis, vt in noſtra diſciplina eſt, n
ex tripudijs ſoliſtimis, aut ſomnijs ti
aug

guror, ſed habeo alia ſigna quæ
ſeruem. Attico autem ſic: Et ta-
en, mi Attice, auguria quoque me
citant quadam ſpe non dubia. Non
ec collegij noſtri ab Appio, ſed illa
atonis de Tyrannis. Fuiſſe autem Au-
urem Ciceronem notum eſt, coopta-
m in Collegium, loco Craſsi filij in-
rfecti in Parthico bello, ab Horten-
o. Scriptor περὶ τῆς οἰωνιστικῆς, in com-
entarijs Græcorum nominatur τυραν-
ίων μεσσήνιος φιλόσοφος. Galenus nominat
αὶ πόλλητα, καὶ ἀθλιώτιον, καὶ χαιρήμονα, καὶ
ρτεμίδωρον τὸν φωκᾶ, ſcriptores οἰωνιστάς.
ταρμοὶ, id eſt, ſternutamenta admodum
uêre obſeruata. Vt ὀδ. ρ'. Et apud Ca-
tullum: Amor ſiniſtra vt ante Dextra
ſternuit approbatione. Ariſtoteles ra-
tionem attulit, cur à media nocte ad
meridiem non eſſet bonum ſignum
ſternutamentum, & contra à meridie
ad mediam noctem bonum.

Quod Græcis eſt ἐνόδιον οἰώνισμα. &
propriè σύμβολον, id eſt, ſignum, ad τέ-
ρατα attribui poterit. Eſt autem Græci
nominis, τοῦ τέρατος interpretatio ho-
rum Latinorum nominum: Portenti,
prodigij, oſtenti, monſtri. Euſtathius

 in ἰλ.

in ἰλ. α'. libri facit mentionem, qui circumferretur de iſtis ſignis, quæ ἐνόδια σύμβολα appellari diximus, titulo Hippocratis, neſcio cuius. Hæ ſunt ἀπαντήσεις καὶ ἐγκύρσεις, rerum alicui obuiam factarum & occurrentium, quibus boni maliúe quippiam ſignificari exiſtimatur. Itaq; in fabula Ariſtophanis, cuius titulus Ranæ, deplorans ſuam miſeriam ſeruulus inquit: οἴμοι κακοδαίμων, τῷ ξυνέτυχον ἐξιών; Eheu miſer quid exiens habui obuiam? Lucianus etiam κληδόνισμα vocat: εἴτις βάκηλον ἢ εὐνοῦχον ἴδοι ἢ πίθηκον ἐξιὼν τῆς οἰκίας ἐπὶ πόδα ἀναςρέφει καὶ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημέρους ἐκείνας πράξεις ἔσεσθαι αὐτῷ ὑπὸ πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. Octauiano Cæſari ante caſtra noctu obuiam factus agens aſinum cuius nomen eſſet νίκων, cum ipſe vocaretur εὔτυχος. Et malo omine educenti copias Bruto Aethiops ſignifero obuiam factus, & confoſſus. Quorum illud à Suetonio ſcriptum in Auguſto, Plutarchus in Antonio, hoc in Bruto narrauit. Bella ſunt in his ambigua. Vt, cum Timoleon mediocribus copijs excepturus eſſet in Sicilia ingentes copias Cartagi-

[Carth]aginiensium, accesserunt muli onusti [a]ppio. Terruit hoc milites, quod sole[b]ent in Græcia busta redimiri appio, & [v]surpari prouerbium de ægrotantibus [d]esperatis: δεῖται τοῦτον σελίνου. Sed Timoleon aliter interpretando, terro[r]em illis omnem ademit, & fiduciam [c]ontra addidit: Quod diceret, diuini[t]us victoriæ iam ipsis insigne offerri. [E]o enim tempore vincentibus ludos [I]sthmia imponebantur appio consertæ [c]orollæ. Et gloriosæ victoriæ exitus [h]anc coniecturam approbauit.

Videtur huc apponi posse etiam ob[s]eruatio de bonis nominibus, cuius & [C]icero meminit, in lustrando excerci[t]u deducendaq; colonia, & delectu mi[l]itum. Qualia fuerint: Manius, Pro[s]per, Lætus, Victor. & Græca: ἀριστοτέλης, εὔφρων, θεόφιλος, καλλικλῆς, & his simi[l]ia. Sed τεράτων nomen generale est, quemadmodum diximus, significans ostenta, portenta, monstra, prodigia, quæ, vt Cicero ait, ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt. Deniq; miracula sunt τέρατα. Græci σημεῖον esse aiunt, si quid alieno loco temporeúe & minus vsitatum acciderit, vt intra ædes

apium examen conspectum, aut apes, quod de Pindaro quoque narratur, in labellis pueri consedisse, aut extruxisse hirundinem intus in cubiculo nidum, aut celo sereno, vel intempestiuè fulgurasse tonuisseúe. τέρας verò aliquid esse à natura penitus abhorrens, Vt Draconem in saxum mutatum ἰλ. β'. Cum autem & τέρας aliquid significet, hoc quoq; est Homero σῆμα, id est, σημεῖον. Quin & propriè dictum σημεῖον Homerus appellat τέρας. Vt correptum anserem ab aquila, ὀδ. ο'. Et deiectus anguis ab altera aquila ἰλ. μ'. Et tonitru ὀδ. φ'. Et Irides ἰλ. λ'. Qui talium signorum interpretes sunt à Græcis appellantur τερατοσκόποι. Et τεράστια ac τερατώδη sunt portentosa seu monstrosa. & τερατουργοὶ, præstigiatores. Et τερατολογεῖν, monstra loqui. Et inde τερατολογία. Homines specie διαπύρους, vt Plutarchus vocat in Cæsare, qui sunt scilicet igniti, apparuisse, & ex vola aliquibus flammas emicuisse, traditum est. Et: *Leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex.* Et nostra memoria nuntiatum atq; creditum, ex mulieris grauidæ ac parturientis in Duringia

natu-

atura, ingens erupisse incendium. His
diungi poterunt & à Græcis Casto-
es dicti, & luces nocturnæ molestæ
iatoribus.

Voces auditas portentosas in histo-
ijs sæpè memoratur. Et vulgò credi-
um, & nunc quoq; fertur, noctu præ-
ertim in venationibus. Talis est illa:
ὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι τυῤῥηνῶν ἢ
ωμαίων, vt Plutarchus in Publicola. Vt
iuius: Vno plus Hetruscorum ceci-
lisse in acie, vincere bello Romanum.
Et Aij ac Monetæ. Cetera miraculo-
um nomine indicata colligere esset
imis longum, & ab instituto nostro
lienum, vt θυρεοὺς ἀφ᾽ αὐτῶν αἵματι γενέσθαι
ιαβρόχους, καὶ θέρη σταχύων περὶ ἄντιον ἔναιμα
είρεσθαι, καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους
αὶ φλεγομένους φέρεσθαι. τό, τε, τοῦ δ᾽ ὑπὲρ φα-
ερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ
ιασπείρασθαι πολλὰ γραμματεῖα, κἂν τούτων ἑνὶ
εγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν: ἄρης τὰ ἑαυτοῦ
πλα σαλεύει, quæ scripsit Plutarchus in
Fabio.

Liuius libro 22. ita: Augebant me-
tum prodigia simul ex multis locis
nuntiata. In Sicilia militibus aliquot
spicula, in Sardinia autem in muro

circumeunti vigilias equiti ſcipionem quem manu tenuerat, arſiſſe, & littora crebris ignibus fulſiſſe, & ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe, & milites quoſdam ictos fulminibus, & Solis orbem minui viſum, & Præneſte ardentes lapides celo cecidiſſe, & Arpis palmas in celo viſas, pugnantemq; cum Luna Solem, & Capenæ duas interdiu Lunas ortas, & aquas Cerete ſanguine miſtas fluxiſſe, fontemq; ipſum Herculis cruentis manaſſe ſparſum maculis, & Antij metentibus cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe, & Falerijs celum findi viſum velut magno hiatu, quaq; potuerit, ingens lumen effulſiſſe. Sortes ſua ſponte attenuatas, vnamque excidiſſe ita ſcriptam: Mauors telum ſuum concutit. & per idem tempus Romæ ſignum Martis Appia via ad ſimulacra Luporũ ſudaſſe, & Capuæ ſpeciem celi ardentis fuiſſe, lunæq; inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigijs fides habita: Capras lanatas quibuſdam factas, & gallinam in marem, gallum in fœminam ſeſe vertiſſe. Hæc nos ad demonſtrandum genus iſtud aſcribenda duximus. Conferre ſanè

Latina

atina cum Græcis poterit qui volet.
ſt autem commemoratorum à Plu-
archo hæc ſententia : Clipeos vltrò
nguine eſſe madefactos, & ſegetem
icarū ad Antium cruentam meſſam,
lapides ex aëre ignitos & ardentes
ecidiſſe, & viſum celum findi ſupra
alerios, excidentibus & diſsipatis
ultis tabellis, & in vnis ſcriptum ap-
aruiſſe hæc verba : Mars ſua arma
oncutit. Quod traditur & panes cru-
ntos viſos, & quod Dido apud Ma-
onem : *Vidit in obſcœnū ſe vertere vina cruo-*
*m*, id noſtris quoq; temporibus pro-
itum eſt : Itemq́; materiam & folia
borum & veſtes cruentis maculis in-
ctas, necnon ſimulacra lacrimaſſe.
nde etiam ſcimus ſuperſtitionum tur-
es errores extitiſſe. Atque in iſtis fer-
e quæ recenſuimus, hoc prodigio-
m genus verſatur. Herodotus libro
timo tale etiam prodigium narrat :
lſamenta ad ignem exultaſſe & tre-
daſſe perinde ac ſi piſces eſſent νεάλω-
, id eſt, modò capti ſeu recentes. Et
diuimus ſimilem aliquando fabulam
pullis, qui interea dum aſſarentur,
olarint. Apud eundem Herodotum
& hoc

& hoc legitur : ὅτι τῆς αὐτῆς ἡμέρας συμπιπτούσης, τοῦ ἐν πλαταιῆσι καὶ τοῦ ἐν μυκάλῃ μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος φήμη τοῖσι ἕλλησι τοῖσι ταύτῃ ἐσαπίκετο. Cum vno eodemque die accidiſſet, vt vulnus infligeretur Perſis ad Platæas & Mycalen, famam prœlij Plataici ad Græcos perueniſſe conflicturos ad Mycalen cum Perſis. Eſt autem locorum iſtorum diſtantia non pauciorum M. paſs. quadringentorum. Eſt & hæc Herodoti narratio in Vrania : Vltra Halicarnaſſum loca incolunt Pedaſenſes, apud hos accidere res hæc fertur : Si quando omnibus vicina loca circa illam vrbem colentibus offerri difficultatis aliquid grauis debeat, tunc apud eos fœminæ ſacerdotis Mineruæ barba magna enaſcitur. Eſt autem & hæc apud Herodotum γνώμη, ἑρατοῖ : φιλέει δέκως προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι, ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. Solere aliquid ſigni antecedere magna mala euentura ciuitati alicui aut genti. Partus hominum monſtroſi omnibus temporibus extitiſſe conſtat, & noſtra tempora videre plurimos, quemadmodum & monſtra terra mariq; aliarum animantum edita.

Bellum est quod Herodotus narrat libro primo de leone edito pellicis regiæ partu Sardibus. Extant autem & Valerij exempla huius generis, & Iulij Obsequentis de prodigijs scriptum. & Aristotelica περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων sunt in manibus. Cetera poterunt de historicis libris cognosci. Sunt verò eiusmodi ista omnia, vt temere quædam interdum nuntiata credantur, hominum præsertim animis conturbatis. Quædam etiam vera non credantur. Cum reperiantur nonnulli qui totam rem nugatoriam esse putent, & hominum leuitate fidem euentuum confirmari. Vt autem facilè credi moueriq́ talibus, sic contemni derideriq; ea nequaquam oportet. Nam opinio qualiscunq; etiam diuinitatis aliquid momenti habet, neque falsi fictiq; numinis contemtus in ignoratione veræ religionis, effugere animaduersionem debitam impietati solet. Atq; exempla contemtus puniti in medio sunt plurima. Vera autem consideratio & animi confirmatio contra talia aliquando feliciter euenisse reperitur, rationibus honesti consilij & actionum laudabi-

dabilium conſtantibus, & his reſpondente exequendi diligentia atque ſtudio, & in adminiſtrando prudentiæ attentione, & gerendo fortis animi præſentia. Itaq; in ijſdem fieri à diuerſis quod rectum quodq; prauum ſit, poterit. Vt Pelopidas cupiditati iræque indulgens, neglectis ſignis infauſtis, & ita prœlio commiſſo cum tyranno Theſſaliæ Alexandro, victor ille quidem, interfectus fuit. Epaminondas verò cum ad Leuctricam pugnam educeret copias, triſtiſsimis ſignis oblatis, vno ad portas præconij reducentis cæcum, in quo eſſet: μὴ ἐξάγειν Θήβηθεν: Et altero faſciarum quæ ad ſepulcra vento abrepta adhæſerant, contra omnium ſententias, & diſſuadentibus vniuerſis, perrexit, verſum etiam Homericum pronuntians ſupra memoratum, quo eodem ab Hectore Polydamas refutatus eſſet, ſed euentu impari. Referturq; à Cicerone verbis Catonis præclarũ dictum Qu. Fabij: Hic cum augur eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro ſalute Reip. fierent. Quæ contra Remp. ferrentur, contra auſpicia ferri. φάσμα, interpretati

ti ſunt Latini monſtri nomine. Vnde
cit nomen fabulæ ſuæ Plautus Mo-
ellariæ. Vtrunq; autem nomen viſa
uædam ſingularia indicat. Itaq; apud
utarchum in Pelopida Solis defectus,
 obortæ interdiu tenebræ, φάσμα
nt. Apud Maronem guttæ ſangui-
s in virgultis, & audita vox tanquam
lydori, monſtra vocantur: Et Ale-
o monſtrum eſt: Et quæ ab Aenea
ndida in littore conſpicitur Sus: Et
acus. & apud Terentium: Quot mon-
ra euenerunt mihi? Eſt autem φάσμα
ctum ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, id eſt, viſum, de
uo vſurpatur nunc ſpectri nomen Ca-
anum, interpretans Græcum εἴδωλον,
uæ eſt imago, vt Aeneidos 10. & ἰλ. ε'.
eneæ. De tali viſo narratio prolixa
t in quadam epiſtola Plinij Minoris li-
ro 7. Et Luciani φιλοψευδεῖ. Et fabu-
 vulgares ſunt in medio. Sic itaque
e ſpecie apparente Perſei Herodotus
 vrbe, quam Chemmin vocat: οὗτοι
χεμμῖται λέγουσι: τὸν περσέα πολλάκι μὲν ἀνὰ
ὴν γῆν φαίνεσθαί σφι, πολλάκις δὲ ἔσω τοῦ
οῦ. σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑρίσκεσθαι
ν τὸ μέγεθος δίπηχυ. τὸ, ἐπεὰν φανῇ, εὐθη-
ειν ἅπασαν τὴν αἴγυπτον. Id eſt: Chem-

mitæ

mitæ isti perhibent: Perseum in ea terra sæpè apparere sibi, sæpè etiam in templo. Et inueniri calceamentū quo gestârit, magnitudine bicubitale. Id vbi apparuerit, fertilitatem existere in tota Aegypto. Narratio mira est eiusdem Herodoti περὶ τοῦ ἀρίστου φάσματος in Melpomena: Item in Vrania Heroum Delphis Phylaci & Autonoi. Vbi & alia, quæ τέρατα vocat, commemorantur: Item in prœlio Marathonio viri ingentis, cuius barba totum clipeum obumbraret, quod φάσμα vnum interfecerit Atheniensem, & manipularem illius, id est, παραστάτην, excæcauerit. Monstrosæ sunt & nocturnæ luces in terra, comitantes interdum, necnon seducentes aliquos in præsentis periculi loca, de quibus & ante aliquid est indicatum, & mirifica dicuntur comperiri. Dion scripsit: Drusum in Germania ab immani specie mulieris deterritum fuisse, ne longius progrederetur. Et ex eodem Dione Xiphilini mira narratio, de specie dæmonia perhibente se esse Alexandrum Macedonem, in Heliogabalo. Species obscenæ, quæ ostenderunt sese Dioni &

postea

ostea Bruto, ſunt celebratæ à pluri-
us & ſuperioribus temporibus, atque
deò noſtra ætate ſimilia multa depræ-
enſa, inq; his quædam φάσματα, vel ſi
ui hoc nomen arridet, ſpectra, mini-
rorum operas facientia. De quibus
ı locis ad ſeptentriones propius in-
inantes mirabilia narrantur. Ad hæc
oterunt apponi ea, quæ Græci πανικὰ
ήματα, & θορύβους πανικοὺς vocarunt,
xcitato in caſtris præſertim tumultu
: motu ignota de cauſſa, quo ſæpè
erterritos ſibi manus intuliſſe ipſis
ommilitones accepimus, confligen-
es tanquam cum hoſtibus. Quia au-
em docti plæriq; & ingenioſi homines,
d naturales cauſſas quædam in hoc
enere referunt, quædam eſſe inania
iſa, atque præſtigias perhibent, viſum
ſt aſcribere hoc loco diſputationem
le his Plutarchi, interpretatione no-
tra, quàm bene fieri potuit, expreſ-
am. Quo loco enim hic narrat, placa-
o à mulieribus Marcio, fortunæ mu-
iebri templum fuiſſe dedicatum, inq;
o conſecratum ſimulacrũ bis edidiſſe
ianc vocem: θεοφιλεῖ με θεσμῷ, γυναῖκες,
ἐδώκατε, id eſt: Pia, mulieres, lege me

donaſtis: fabulam iſtam ait eſſe ſimilem ἀγζωὐητοις, id eſt, ijs quæ facta non ſint, neq; fieri poſſe videantur, & conari iſta narrantes perſuadere ea, quæ creditu ſint difficilia. Nam apparere, inquit, in ſtatuis ſudores & lacrimas, & manantes ſanguinis colore humores, non eſt eiuſmodi vt fieri nequeat, ligna enim & lapides ſæpè ſqualorem contrahunt humore fœcundum, & varios edunt ex ſeſe colores, & admittunt pigmenta ex aëre circumfuſo, quibus ſignificari aliquid diuinitus nihil prohibere videatur. Fieri etiam poteſt, vt de ſtatuis exiſtat ſonus, vt illæ mutire aut ingemiſcere putentur, ſi quæ interiores partes findantur aut diſcedant vehementius. Verùm articulatè pronuntiatam vocem, & ſermonem adeò planum & eximium perfectamq; orationem, emitti ex re inanima, omnino inexplicabile eſt. Niſi ſanè animus atq; Deus, abſq; corpore inſtructo & concinnato partibus ratione præditis, res fert vt ſonum edere & loqui poſsit. Vbi verò hiſtoriæ multis & fide dignis teſtibus vim quandam afferunt, innaſcitur affectio quædam ſenſui contraria
in par-

a parte animi quæ visorum est, (Græci φαντασικὸν vocant) & persuadet simul aliquid opinioni, tunc quemadmodum in somnis, audire nihil audientes, & videre nihil videntes videmur. Verùm enimuerò, si qui nimia animi propensione & amore erga Deum afficiuntur, et nihil huiusmodi improbare refragando possunt, ipsum miraculum diuinæ potentiæ conditionem nostram longè superans multùm valet ad fidem faciendam. Numen enim diuinum humano generi nulla in re assimulatur: non natura, non motione, non arte, non viribus. Neq; dissentaneum est, si quid illud facit, siue machinatur, quod fieri à nobis nullis machinis posset, ac potius in omnibus excellens, multò maximè operibus dissimile & discrepans est. Sanè secundum Heraclitum, magna rerum diuinarum pars cognitionem nostram effugit. Hactenus Plutarchus, quæ enim sequuntur ad historiam de Marcio pertinent. In Sulla autem exponitur ab eodem Hetruscæ disciplinæ sententia de mutationibus rerum Mundanarum in terris, quam μετακόσμησιν vocat, id est, præ-

ſentis generis mutationem in alterum, quæ vniuerſa octo fecerunt vita moribusq; & conditione penitus diuerſa. In Pericle idem autor talia quædam ſcripſit. Narratur, inquit, aliquando ex agro caput fuiſſe allatũ Pericli arietis cum vno cornu. Tunc Lamponem vatem conſiderantem cornu firmum ac ſolidum, è fronte media enatum, dixiſſe: Quod duo eſſent in ciuitate potentes factiones, Thucydidis atque Periclis, fore, vt ad vnum, apud quem ſignum illud eueniſſet, omnis poteſtas deueniret. Anaxagoram verò Philoſophum, oſſe frontis diſſecto oſtendiſſe cerebrum ſuam ſedem non compleuiſſe, ſed tanquam ouum ad acumen toto conceptaculo concreuiſſe, eo loco, quo loco de ſua radice cornu habuiſſet originem. Atq; tunc fuiſſe in admiratione Anaxagoram, paulò poſt autem Lamponem, euerſo iam Thucydide, & totius Reipublicæ gubernatione ad Periclem planè delata. Nihil autem, inquit Plutarchus, prohibuit ſcilicet, rem ipſam tangere tam Phyſicum quàm vatem: illo cauſſam, hoc euentum rectè depræhendente. Propoſitum enim

enim fuit alteri cognoſcere vnde & quo pacto illud cornu naturaliter extitiſſet, alteri quo pertineret, & quid ſignificaret, prædicere. Si qui autem inuentionem cauſſæ perhibent ſigni eſſe euerſionem, ij non intelligunt vnà cum rebus diuinis etiam artificia coniecturæ ſeſe improbare, quales ſunt diſcorum plauſus, & luminum faces, & normarum adumbrationes. Quorum ſingula de cauſſa & apparatu ſingulari, effectum habent alicuius ſigni.

Eſt omnino lubricus iſte locus, & planè inenodabilis, propter euentuum diſsimilitudinem atque varietatem. Pericles contemto Solis defectu claſſe prouehitur, ſed nauigatio illa fuit infortunata. Nicias motus Lunæ labore, diſtulit profectionem, & ea mora illata cauſſam dedit miſerabilis & fœdæ cladis, ipſo vnà cum excercitu interemto. Eſt igitur omnino in his aliquid ſagacitate & ſolertia humana maius atq; potentius. De quo nunc diſſerere non inſtituimus. Plutarchi autem conuerſam à me de comparatione Craſsi cum Nicia ſententiam duxi aſcribendam, Sic enim ille. Quia Nicias, qui

nihil omnium quod ad diuinationem pertineret, contemſit, & Craſſus qui deſpexit vniuerſa, pariter interierunt, difficilis ſanè in his dijudicatio eius, quod errore careat & ſecuritatem habeat, ad æquitatem tamen propenſius eſt in hac parte, ſi quid in opinione vetere & conſueta per facultatem, quàm iuris & legum contemtu per inſolentiam peccatur. Sed quoniam hæc poſtrema Græcè elegantiſsimè pronuntiantur, ipſa etiam illa verba Græca apponere viſum. ἐπιεικέστερον αὐτῆς τοῦ παρανόμου καὶ αὐθάδους, τὸ μετὰ δόξης παλαιᾶς καὶ συνήθους δι' εὐλάβειαν ἁμαρτανόμενον.

De ea diuinatione, quæ Græcis eſt θυτικὴ καὶ ἔντομος, id eſt, ſacrificiorum & victimarum, quæ mactabantur, reſtat aliquid vt dicatur amplius. Etſi Grammatici, haud ſcio an non verè, ἔντομα ea propriè eſſe perhibuêre, quæ cæderentur manibus aliquorum, deflexa ceruice pecudis in terram. Id quod ab explicatore dicitur Argonauticorum Apollonij, qui libro primo ait: ἔντομα μήλων κεῖαν. Quod ille de cæſis Dolopi pecudibus interpretatur, cum de ſacris factis vento commoto accipi poſſe videatur.

ıeatur. Sed hæc in medio relinquan-
ır. Pauſanias poſteriore libro ἠλειακῶν:
)iuinationem ex hœdis & agnis & bo-
ıus, ab antiquo vſurpari, cum Cyprij
uidem inſpectis ſuibus cæſis diuinent.
'anibus autem ad diuinandum nullis
ti mortalibus. Vt Thraſybulus qui-
am ariolus ex canibus ſingularem di-
inationem introduxiſſe videatur, ſi-
nificante hoc cane diſſecto ad eius ſta-
ıam effícto. Plurimùm autem huic
iuinatori vetuſtas cultrix plurium di-
inorum numinum tribuit, quod in ijs
la verſaretur, quæ ad religionis obſer-
ationem pertinerent. Sacrificia enim
ximia quædam veneratio ſunt numi-
ıis diuini, quæ pecudibus cæſis anti-
quitas celebrauit. De horum varijs di-
ıerſisq́; ritibus nimis eſſet longum hoc
quidem loco diſſerere. Ad diuinatio-
ıem autem quod attinet, conſtat cæ-
arum victimarum (quæ erat θυσία Græ-
cis, Romanis Immolatio) inſpiciendo
xta, eos, quos Græci θύτας καὶ ἱεροσκό-
πους καὶ ἱερόπτας vocarunt, de rebus futu-
ris admirabilia interdum prædixiſſe.
Nosq́; vnum & alterum exempli cauſ-
ſa, retuliſſe ſatis habeatur. Cum luſtra-

ret excercitum Cæſar in Theſſalia, caſtris aduerſus Pompeium collocatis, de prima victima aruſpex, prædixit fore, vt prœlium committeretur proximo triduo, deq́; ſumma rerum decerneretur. Tum Cæſare percunctante: Ecquid in extis bonum ſignum euentus conſpicaretur? De hoc, inquit aruſpex, licet tu ipſe tibi reſpondeas. Nam magna rerum commutatio atque in contrarium prolapſio diuinitus ſignificatur. Quocirca, ſi tu bene & fortunatè ſeſe habere, in præſentia, res tuas arbitraris, fortuna tibi deterior metuenda, ſin malè & infeliciter, melior expectanda eſt. Xenophon autem in tertio libro rerum Græcarum, (ſic enim interpretamur τὰ ἑλληνικά) hæc narrat: Rem diuinam faciente Ageſilao, poſt Agidem fratrem mortuum, cui ſucceſſerat anno vno, pro ciuitatis ſalute ritu ſolenni, indicat aruſpex, oſtendere diuinum numen inſidias infeſtiſſimas. Cumq́; inſtaurata eſſent ſacra, magis diras eſſe ſignificationes, ait. Tertijs verò ſacrificijs, Ageſilae, inquit, ea ſigna exhibentur, atq; ſi in medijs verſaremur hoſtibus. Atq; ita autorib.

ſalu-

-tutis Dijs, ad auertendum cæsis ho-
-ijs, cum litassent, sacrificio confecto,
-inadonis cuiusdam exitiosa coniura-
-o toti ciuitati, indicata fuit post dies
-uinq;. Nomina sunt, vt diximus, θυ-
-ι, quod est cæsa victima sacrificium.
-ræcus ritus describitur, ἰλ. α'. Roma-
-orum erat immolatio. θῦσαι & θύειν,
-t rem diuinam facere, siue sacrificare.
-lacare, & secundum Plautum, propi-
-are, id est, propitium facere, vt cre-
-ebatur, numen diuinum, vocarunt
-καλλιερεῖν, id est, litare. Et Maro: *Sacrisq;*
-*tatis Indulge hospitio.* Dixêre autem &
-acra litari, & Dis litari. Cum non vi-
-debantur placari Dij, quibus sacra fie-
-bant, id est, non litari cæsis hostijs, de
-eo sunt Græci verbo vsi δυσιερεῖν. Et
-tunc sacrificiū instaurabatur, & cædes
-victimarum augebantur. Quæ res fie-
-bat τοῖς ἀποτροπαίοις, id est, Dijs, quem-
-admodum antiquitas locuta est, auer-
-runcatoribus. Erantq; piaculares istæ
-hostiæ, & victimæ succidaneæ, de qui-
-bus & Gellius libro 4. cap. 6. Atque
-ita tristis euentus minæ procuraban-
-tur, & credebantur conciliari felices,
-vt sacrificia essent ἀποτροπαὶ κακῶν καὶ ἱλασμοὶ-

σεις ἀγαθῶν, ſecundum Diodorum Siculum libro ſecundo. Scitum eſt quod ſcripſit de Cæſare Auguſto Suetonius: circa Peruſiam ſacrificio non litante, cum augeri hoſtias imperaſſet, ac ſubita eruptione hoſtes omnem rei diuinæ apparatum abſtuliſſent, conſtitit inter aruſpices, quæ periculoſa & aduerſa ſacrificanti denuntiata eſſent, cuncta in ipſos recaſura, qui exta haberent. Neq; aliter euenit, ipſa ita ſcilicet ſuperſtitionis vanitate ſibi illudente. καλλιερεῖσθαι etiam Græcis eſt, γίνεσθαι τὰ ἱερά. Et contra, non litari, οὐ γίνεσθαι, & δυσιερεῖσθαι. In Pœnulo Plauti, ſex agnos ſe immolaſſe ait Lycus, neque potuiſſe propitiam facere Venerem. Eſſe autem, ait Cambyſes, deducens filium Cyrum apud Xenophonta, conſilia diuina, tam auium quàm extorum ſigna, & iſtorum ſcientia præditum eſſe debere Imperatorem ipſum quoque, ne cogatur alienis interpretibus vti & in illorum eſſe poteſtate. Huic generi inprimis addicta fuit ciuitas Lacedæmonia, neq; copias educens, neque in itinere producens, antequam facta re diuina litaretur, Quæ ſacra διαβατήρια voca-

carunt. Atque capra fuit peculiaris ctima illorum, id est, σφάγιον καὶ θῦμα. it & gallus gallinaceus. Sic enim tarchus Laconicis: ὅταν στρατηγήματι πολεμίους νικήσωσι βοῦν τῷ ἄρει θύουσιν. ν δ' ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀλεκτρυόνα. ἐθίζοντες ἡγουμένους οὐ μόνον πολεμικοὺς, ἀλλὰ καὶ τηγικοὺς εἶναι. Vt Lacedæmonij sua- m copiarum ductores assuefacerent studium artium Imperatoriarum on minus quàm bellicarum, instituto orum, ait, rem diuinam boue factam isse, parta victoria calliditate Ducis, llo autem gallinacio, si manifesto il- fuisset Marte superior. Et Cicero llis gallinacei argutiss. exta dici à uibusdam ait. σφάγιον est, vt diximus, ctima. Nam cædere pecudem, est άξαι & σφαγιάσαι. προθύματα autem ocarunt præcedentes quosdam ritus tius sacrificij, in quibus erant Græ- orum οὐλοχύται, & Latinorum mola, & li euulsi, & affusum vinum: Sed cere- oniæ sacrificiorum ab alijs expositæ, int in medio, neq; nobis hoc loco ad narrandum in manibus. In extispicio tenderunt ex visceribus ad cor, pul- onem, iecur, etiam fel mactatæ pe-

cudis.

cudis. Sunt autem viſcera, σπλάγχνα, & nominantur numeranturq́; ſeptem καρδία, cor. ἧπαρ, iecur. σπλὴν, lien. στόμαχος, ſtomachus. πνεύμων, pulmo. νεφροὶ δύο, Duo renes. Ex quibus exta e[ſſe] quæ diximus, & ipſa σπλάγχνα. Plinius ſcripſit, cor non ſemper in numero extorum habitum, libro 11. cap. 38.

Græci potiſsimùm in extiſpicio iecur conſiderarunt, & ita factum eſſe puto, vt ſolum iecur inſpici quidam ſcripſerit, à Græcorum ariolis. Fibras autem, quod fortaſſe eſt fiſſum, id eſt λοβοὺς, accuratiſsimè animaduerterunt & triſtiſsima fuêre exta ſine illis, quæ ἄλοβα ἱερὰ vocarunt. Et Plutarchus in Cimone ait: Quod ad Cimonem acceſſerit ὁ θύτης ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὸν λοβὸν οὐκ ἔχοντα κεφαλήν. id eſt, niſi fallor, fibras mutilas & decurtatas. Cicero ait: Cor eſt in extis, caput in iecore. Et idem fiſſum iecoris memorat. Plutarchus in Laconicis de Ageſilao narrat: In Aegypto illum territis ſuis multitudine aduerſariarum copiarum, vt animos eorum confirmaret, grandiuſculis litteris, nemine ſciente, exaraſſe in vola manus ſiniſtræ hoc nomen,

ΝΙΚΗ,

[..]IKH, & exemtum de victima cæsa
[..]isisse eam in manum iecur imponi ad
[..]piciendum. Et diu intuendo, quasi
[..]dubitando animaduerteret, dum fi-
[..]ræ illæ ab iecore imbiberentur, ita
[..]mùm in dextram manum conuer-
[..]n iecur transtulisse, & tunc appa-
[..]ntibus literis exprimentibus nomen
[..]ctoriæ, id, quod voluerat Agesilaus,
[..]e eum consecutum, & metu suis
[..]emto, potitum victoria. In priore
[..]ratione Gregorij insectatrice Iuliani
[..]postatæ est, absq; tamen asseueratio-
[..]:, σαυρὸς ἐν σπλάγχνοις φαινόμενος, θύοντος
[..]υλιανοῦ. Id est: apparuisse dicitur in
[..]xtis crux coronata. Exta prosecari &
[..]orrici dicebantur. Suetonius in Au-
[..]usto: Semicruda exta rapta foco pro-
[..]cuit. Et in Pœnulo: Vetui, inquit
[..]eno, exta proficarier.

Placuit ascribere de ista diuinatio-
[..]e indicata à Sophocle & Euripide, &
[..]xplicatoribus illorum. In Antigona
[..]gitur de significatione tristi inquit Ti-
[..]esias, se cognouisse de puero duce
[..]10: cum post auditos clangores in-
[..]austos auium tentare etiam ἔμπυρα
[..]lacuisset, id est, τὴν διὰ πυρὸς μαντείαν,
non

non effulſiſſe de ſacris ignem, ſed f
morum oſſa vapore fumido deliqui
ſe, & de adipe prolapſa eſſe, & fel ſul
lime diſperſum. Euripides autem
Phœniſsis nuntium introduxit ha
narrantem:

*μάντεις τε μῆλ᾽ ἔσφαζον, ἐμπύρους τ᾽ ἀκμ*
*ῥήξεις τ᾽ ἐνώμων ὑγρότητ᾽ ἐναντίαν,*
*ἄκραν τε λαμπάδ᾽, ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει,*
*νίκης τε σῆμα, καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων.*

Hos verſus Latinos, quàm bene fie
potuêre, ſic fecimus:

*Tum pecora vates cædere, & flammæ impe*
*Attendere, humoremq́ ibi contrarium,*
*Vt rumperetur, faxq́ ſumma vt eminens*
*Signi ipſa terminos duplicis oſtenderet,*
*Victoriæ vnum, oppreſsionis alterum.*

Quæ quidem in explicationibus editi
ſic enarrantur, vt autor illarum nihil
liquidius quàm à nobis intelligitur
rem perſpectam habuiſſe videatur
Hoc tamen planè indicatur, & fel
Græcis vatibus obſeruatum inſpicien
do, & ignis quaſi habitum notatum
fuiſſe. Qua notitia poſſumus eſſe con
tenti, rei præſertim exoletæ & per ſ
nihili, & ſuperſtitione impiæ atq; mala

QVARTO loco Magica à nobi
poſita

ſita ſunt. Quo genere non ſolùm
mpræhenduntur ſuperſtitiones quæ-
m diuinationum, ſed aliæ quoq; ef-
ſtiones admirabiles, quæ non eſſe
ium humanarum opera videntur.
ſi autem de iſta impia vanitate iam
is multa dicta ſunt, illis tamen quæ-
m, quæ nunc etiam mihi in men-
n veniſſent, putauimus adijcienda.
uanquam haud ſcio, volenti cogno-
ere, & varietatem rei, & incredibiles
ectiones, & experimenta nugatoria
q; ridicula, an non requirenda ſint
a, præter illa, quæ à Plinio cùm alijs
cis, tum libro 28. & 30. ſunt expoſi-
. μάγου καὶ μαγείας καὶ μαγικῆς, nomina
nt Perſica, apud quos Magos ſacer-
otes fuiſſe, peritos rerum diuinarum
q; naturalium perhibent, ab autore
roaſtre filio Oromaſdæ, vt dicitur in
lcibiade priore Platonis dialogo. At-
ue reges Perſarum illa diſciplina inſti-
i oportuit. De familia Magorum
erſicorum, ſingularia & turpia atque
efaria narrantur, in quibus eſt: illis
gitimus cum matribus concubitus.
ranſtulêre autem vocabulum Græci,
d fraudes veneficiorum & artes ſu-
perſti-

perſtitioſas, & omnino ad fallaces de-
ceptiones & circumuentiones. Vt
queritur Oedipus apud Sophoclem
aduerſus ſe eſſe ab affine Creonte ſub-
ornatum Tireſiam, μάγον μηχανοῤῥάφο[illegible]
id eſt, cuius machinis & nefarijs doli[s]
ipſe irretiretur. μαγγανεία eſt Platon[i]
libro 11. Legum. Vbi & lex contra ve-
neficia perſcripta extat. Et ſcimus nun[c]
adeò tetra quædam narrari de ijs,
quæ Græci φίλτρα vocarunt, venefici[j]
conciliantibus amorem, & adimenti-
bus virilitatem, & dirimentibus con-
iugum mutuam conſuetudinem. Qui-
dam commenti ſunt neſcio quid de
Magia naturali, quæ nulla ſuperſtitio-
ne contaminetur, & ſit permiſtio quæ-
dam artis Medicinæ, & mathematicæ
diſciplinæ, cum tamen in illa vanitate
indocta audacia ſoleat eſſe efficaciſſi-
ma, & ſemper aliquid etiam ſuperſti-
tionis implicetur, ſi non manifeſtè ver-
bis aut aliqua ceremonia, at tacit[a]
opinione & ſenſu. Narrat Plinius: S[i]
quem pœniteat ictus eminus commi-
nuſue illati, & ſtatim expuat mediam
in manum qua percuſsit, leuari illico
percuſſum à pœna. Hoc ſæpè delum-
bat[a]

ta quadrupede approbari, ſtatim à
i remedio correcto animalis ingreſ-
Græci inter remedia εὐπόριστα, id eſt,
ratu facilia, & hoc ponunt: Colicos
ibus tormina infeſta ſunt, liberari
orbo, ſi conſopitum fortè canem de
nno excitarint, & ipſi eum locum
mminxerint, emori autem canem.
uper verò increbuit ἔγχριστον φάρμακον,
o perunctus & ita alligatus gladius
t aliud ferramentum, quo aliquis
us fuit, vulnus etiam abſentis longi-
perſanatur. Sed ſi membrum con-
ſum ſit, inungi ferrum oportet κατὰ
κος, id eſt, ductu longitudinis, ſin
rcuſſum κατὰ πλάτος, id eſt, quâ latum
. Hæc etſi poterant & fortaſſe debe-
nt ad quintum genus referri, nunc
men, exempli cauſſa magicæ vanita-
, placuit commemorare, vt intelli-
retur ſemper implicari & accedere
talibus ſuperſtitionem, vel opinione
l obſeruatione aliqua præfinita atq;
rta, & commento illo de naturali
agia, ſimplicioribus imponi. In ijs,
æ Suidas collegit, perhibetur, neſcio
o autore, Magiam eſſe inuentum
aguſæorum, & hos eſſe Perſas. No-
I minan-

minantur principes in hac Zoroastre duo, & Ostanes itidem duo. Eusebius in primo lib. τ̃ προπαρασκευῆς, scriptorum meminit, Zoroastris & Ostanis, vete- rum an recentiorum nescio. Illius, ἱερᾶ συναγωγῆς τῶν περσικῶν: huius, titulum habentis ὀκτατεύχου. Apud Græcos il- lustrasse Magicen Plinius scripsit, ea- dem ætate Democritum, (cuius nomi- nat libro 24. χειροκίνητα, ) qua Medici- nam Hippocrates. Pariter enim vtras- que artes effloruisse. Idem Plinius Tel- missum celebrat, vt religiosissimam in hoc genere vrbem. In Suida legitur Telmissum vrbis conditorem ab Apol- line patre habuisse donum τερατοσκοπί- ας, qui cum matre ipsius concubuisset canis specie. Ἐπῳδὴ, quæ sunt carmina, & apud Homerum ὀδ. τ΄. ἐπαοιδή, Ioni- ca dialecto, res est antiqua atque mi- randa. Est & ἡ ἐπῳδὸς Græcis incanta- trix, id est, talia carmina accinens. Hæc coniunxêre cum alijs rebus, sed herbis potissimùm. De quo admodum bellos versus Tibulli libuit ascribere:

*Num te carminibus, num te pollentibus herbis*
*Deuouit tacito tempore noctis anus.*
*Cantus vicinis fruges traducit ab agris,*

*Cantus*

*Cantus & iratæ detinet anguis iter.*
*ntus & è curru Lunam deducere tentat,*
*Et faciat, si non æra repulsa sonent.*
*uid queror heu misero carmen nocuisse, quid herbas?*
*Forma nihil magicis vtitur auxilijs.*

ophoclis Aiax negat esse Medici sapi-ntis: θρεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. l enim verius putatur quàm quod in ditis libris extat, θρηνεῖν. Hoc autem icit: cum malum requirat ferrum, vt cetur, futilem esse Medicum, qui arminum sonis illud curare velit. De-otiones hæ sunt, coniunctæ cum ve-eficijs à Suetonio in Caio Cæsare. Iaro ita:

*armina vel celo possunt deducere Lunam,*
*arminibus Circe socios mutauit Vlyssis,*
*rigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Et mox:

*Ias herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena*
*pse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.*
*Iis ego sæpè lupum fieri, & se condere siluis*
*Iœrin, sæpè animas imis excire sepulcris,*
*tque satas aliò vidi traducere messes.*

lato quoque in Charmide introducit entionem carminis facientem Socra-em & herbæ, ἀλληγοροῦντα φύτοι τὴν ἐπω-

δλω. Et rurſum Maro de venenis:
*Miſcueruntq́ue herbas & non innoxia verba.*
Hoc genus hominum φαρμακοὺς καὶ φαρμακεῖς (quamuis aliqui φαρμακοὺς κάθαρμα interpretentur) Græci, Latini veneficos vocarunt, & eſt ars venefica, & veneficium φαρμακεία. Eam Plinius libro 30. à Magica diſtinguens ſic de hac ait: Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis vmbras, ſed in his veneficas artes pollere non Magicas. Videturq́ue ſignificare veneficia appellare ea, quibus aliqui lædantur aut detur damnum, non verborum viribus, ſed rerum nocentium aduentu, vt herbarum atq; ſimilium. Nam in ſermone Latino venenum, vndecunque ſanè factum, (à venis enim duci illud nomen fortaſſe tempus in pronuntiando primam ſyllabam non patiatur) omnino peſtiferum quippiam ſignificat, καὶ φθαρτικόν. Vnde & ſuccos illos precioſos, quibus tingendo mentiendoq́; colores, ſecundum Maronem, lanæ corrumperentur verius quàm ornarentur, vt purpuræ, vocarunt poëtæ venena. Et quod Latini addi-

ddidêre epithetum appellantes vene-
um malum, non fecêre ad ſignifica-
onem diſtinguendam, quaſi & bo-
um ſit, quemadmodum ait Iuriſc.
uod φάρμακον Græcis ſit ἐσθλὸν καὶ κακόν,
d ad rem malam deteſtandam, ſicut
fraudem malam, & peſtem malam
ixerunt. nam φαρμακὸν κακὸν fuerit po-
us, medicamentum malum. Hoc ma-
ficio excelluiſſe mulieres Theſſalicas
raditur. Et mentio fit φαρμακίδος θετ7α-
ῆς, in fabula Ariſtophanis, cuius no-
nen νεφέλαι. Vbi autor explicationum,
udicrum quoddam memorat Pytha-
goræ: Si in ſpeculo aliquid perſcriptum
it ſanguine, ſtantem poſt illum qui in-
cripſerit, alterum & intuentem Lu-
nam plenam lumine, quæ eſt πανσέλη-
νος, ea in ipſius Lunæ orbe legere. Car-
minibus fulmina elici, & tempeſtates
cieri, & ipſum antiquum eſt, & noſtris
temporib. fieri à Sagis creditur. Car-
mina quædam extant, inquit Plinius,
contra grandines. Herodotus hæc ſcri-
pſit in Polymnia: ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε
τρεῖς. τέλος δὲ, ἔντομά τε ποιεῦντες, καὶ κα-
ταείδοντες γόησι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, πρός τε
τούτοισι τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες ἔπαυ-

σαν τετάρτῃ ἡμέρῃ. ἢ ἄλλως κως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε. Cum tribus diebus procellæ ventorum naues afflixiſſent, cæſis victimis & precationibus ac carminibus dicit Magos illas ſedaſſe, die quarto. Niſi fortè, inquit, ventus ſua ſponte acquieuit. Quod idem Plinius narrauit libro 18. quia perquàm ſcitum eſt, ipſius verbis placuit aſcribere. C. Furius Creſinus è ſeruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quàm ex ampliſsimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficijs. Quamobrem à Sp. Albino Curuli, die dicta, metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atq;, vt ait Piſo, bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos. Poſtea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc ſunt. Nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes vigiliasq; & ſudores. Omnium ſententijs abſolutus eſt.

Compertum eſt vſurpari radicem quan-

mandam gestando in sinu, qua & peditibus vnà facientibus iter, robur corporis deminuatur, & crescant vires gestantis. Idemque accidere in cœtu equitum, si illa radix ad iubam equi applicetur. Sed huiusmodi à Plinio innumerabilia commemorantur, & referiuntur tradita ab alijs, neque nos colligere in præsentia studuimus. Græci etiam μάγον γυναῖκα dixêre, & μαγεύειν, & καταμαγεύειν, de magicis superstitionibus. Et Magicam gentem vocat Lucanus Psyllos. Et senex Tragicus in fabula Euripidis cuius nomen ἱκετίδες, repræhendit eos, qui vitam cum alijs modis conarentur producere, tum μαγεύμασι. Cum quidem in libris diuulgatis μαντεύμασι perperam editum sit.

Præstigias vocarunt Latini, quibus oculi præstinguerentur, fallacibus visis oblatis, qualia sunt illa μεταμορφώσεων, id est, formarum apparendo mutatarum, vt auicula, aut bestia aliqua, vt feles, etiam asinus, ex homine factus esse videatur. Plauto est præstigiator ὁ γόης. Et sunt Herodoto γόαι, id est, γοητεῖαι, ab tristi, vt videtur, imploratione ita dictæ, virium potentiorum. Huc pertinent

tinent mirifici illi cœtus nocturni, qui congregantur extra oppida, in solis locis, etiam supra arbores, ad quos viri mulieresq; conuehi mirabiliter perhibentur. Quæ ludibria sunt multiplicia & inenarrabilia, varietate atq; modo. Pertinent & dæmoniæ præstigiæ consuetudinis cum viris & fœminis, & eorũ quos Plinius fatuos nominari ait, libro 26. Et talib. monstris veterum fabulæ refertæ, sunt in medio, quib. etiam partus fictitiorum Deorum inculcantur, vt Rheæ Siluiæ, verbi caussa, & Anchisæ, & φάσμα εἰδόμενον ἀρίστωνι, ἐρατοῖ. Culpam quoq; ita aliquibus tegentib. Id quod innuit & Homericus hymnus, qui ad Anchisam venisse dicit Venerẽ captam amore eius sub Ida monte pascentis pecora, quæ diceret se esse filiam Otrei regis Phrygum, sic concubitus scilicet illius infamia occultata. Ἐπῳδαὶ μηδείας, id est, Medeæ carmina, superstitionis fuisse eximiæ credibile est. In ista enim impietate Medeæ celebratur excellentia. Illarum autem ἐπῳδῶν, meminit Pausanias in Corinthiacis. Præstigiarum exemplum est prouerbio celebratum πάσητος ἡμιωβόλιον. Narrantur

...r nunc quoq; similia, atq; adeò mi-
...biliora: Videri ab aliquib. non mo-
...ò homines, sed iumenta quoque &
...austra deuorari. Audiui ego, ijs af-
...rmantibus, quibus de multò maiori-
...us rebus fides habenda esset, fuisse in
...ea patria quendam, qui prodiens ali-
...uando in forum piscarium, pisces si-
...ularet se velle emere, cumq; delegis-
...t, quos sumeret, cepisse prætendere
...bliuionem domi obliti marsupij, &
...icere se pecuniam statim esse missu-
...um. Muliercula quæ ad venales pisces
...ssidebat, perhibere, quod metueret,
...e falleretur. At ego, inquit, ille præ-
...igiator, tibi caput meum pignori re-
...nquam, & deposito capite ante eam,
...a truncus discedere: Territa mulier-
...ula & clamante, vt pisces sibi haberet,
...nodò caput simul auferret. Possem
...udita alia plura huiusmodi narrare,
...ed rem indicatam esse satis habeatur.
De equa Phormidos ærea, in quam
...qui furiosa cupiditate insilirent, & li-
...gnis, quæ supra certos cineres vltrò
...ccenderentur, narrationes sunt in fi-
...ne libri prioris ἠλιακῶν Pausaniæ. Tel-
...chines inprimis perhibentur fuisse in-

 signes

ſignes præſtigiatores, & venefici, καὶ βάσκανοι δαίμονες. Strabo nouem numerat non expoſitis nominibus. Reperiuntur autem ex illis hæc: Actæus, Megaleſius, Hormenus, Lycus, Simon, Nicon. Qui duo & prouerbio ſunt celebrati: οἶδα σίμωνα, καὶ σίμων ἐμέ.

Τελεταὶ, vocarunt arcanorum quaſdam ſacrorum operationes, quæ & μυστήρια, & qui his initiabantur μεμυημένοι, & qui eis præerant μύσται καὶ μυστῆρες, καὶ μυσταγωγοὶ, & horum communitas συμμύσται. Et ipſa res τελεστική. Sanè notatu dignum videri poſsit, Latinos nominaſſe initia, quaſi exordia melioris vitæ, & Græcos τελετάς, tanquam perfectiones & fines. Etſi me non fugit, duxiſſe nomen hoc aliquos ἀπὸ τοῦ τελεῖν, quod interpretantur ſumtus impendere, quod magno conſtarent illa ſacra. τελεταὶ etiam ὄργια ſunt dicta, παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους, inde enim deducit nomen explicator Argonauticorum, vbi libro primo Samothracia initia vocantur ὄργια, cum alij aliunde deriuent. Apud Maronem Bacchi orgia ſunt. Samothracia myſteria ſingularium virium habita ſunt ad euentus felices,

...tes, & precationes fortunatas. Itaq; ...Aristophanes εἰρήνῃ:
ἀλλ' εἴτις ὑμῶν ἐν σαμοθράκῃ τυγχάνει
μεμυημένος, νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν.
...abirorum ista perhibuit fuisse sacra, ... hi nominantur ab aliquibus, qua...tor: ἀξίερος, quæ esset Ceres, & ἀξιόκερ...., Proserpina, & ἀξιόκερτος, Orcus. Et ...uartus Mercurius, κάσμιλος. Adue...isse hos ex Cabiris Phrygiæ monti...us fabulantur. Aliqui duos tantùm ...ominarunt: Maiorem, Iouem, & Li...erum patrem, minorem. Verùm de ...is satis vel nimiùm potius, vt rebus ...uarum exquisita notitia nihil fructus ...fferat, nisi quod omnis est iucunda ...ognitio. De sacris occultis, quæ sunt ...ῤῥητοι θυσίαι καὶ ἱερουργίαι, supra dicta, ...l de quo agitur, poterunt indicare. ...Quod si cui vacat, plura de istis super...titionibus indagare, poterit legere re...ta ex Clemente Alexandrino, & alijs, ...b Eusebio, in opere cui titulum fecit ...προπαρασκευὴ εὐαγγελική. Inter illa occul...a sacra etiam humanorum corporum ...mactationes fuêre, & exprobrat istam ...mpietatem Vatinio Cicero: Cum in...audita ac nefaria sacra susceperis, cùm infero-

inferorum animas elicere, cùm puerorum extis Deos mactare ſoleas. Et Iuliano Imperatori iſtud facinus in hiſtorijs exprobratur. Et in oratione priore τῶν στηλιτευτικῶν, id eſt, in publico proponentium Iuliani Imperatoris ſcelera & impietatẽ, Gregorius Theologus meminit ab illo ἀνατεμνομένων παίδων τε καὶ παρθένων ἐπὶ ψυχαγωγίᾳ καὶ μαντείας: Quod puerorũ & virginum corpora ſecuerit Iulianus, animas euocandi & diuinationis gratia. Eleuſinia myſteria Cereris fuêre in Attica, admodum celebria. Et τελετὴ περσικὴ exponitur in Artaxerxe Plutarchi. Et μίθρου τελετῆς fit mentio in Pompeio Plutarchi, & Gregorij oratione in Iulianum. Bellum eſt, quod apud Athenæum quidam ἐτυμολογήσας perhibetur feciſſe, μυστήρια, cauernulas muſculorum, quaſi τοὺς μῦς τηροῦντα. Eſt autem nomen potius ἀπὸ τοῦ μύζειν factum, mea quidem ſententia, quàm ἀπὸ τοῦ μύειν. Eratq; capitale enuntiaſſe illa arcana. πρόσαπτα, quæ & περίαπτα & περιάμματα, & Luciano περιαρτήματα in Philopſeude, ex eo quod applicantur aut alligantur, Plinio ſunt amoleta. Ariſtoteles in primo libro

co Nicomacheorum de alieni ornatus lenocinio περιάπλου nomine videtur
ius. Plutarchus narrat tradidiſſe Theophraſtum : Quod Pericles ægrotans viſenti ſe amico oſtenderit περίαπλον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον, id
t, applicatum quiddam ab mulieribus & circundatum collo. Vnde conici poſſet, quàm grauiter laboraret, qui illam nugatoriam leuitatem ( Plutarchus ἀβελτερίαν vocat ) perpeti poſſet. Tale quiddam fuit illud aureolum ſimulachrum Syllæ, Delphis allatum. Quod idem Plutarchus in ſinu ſemper geſtare ſolitum Syllam ſcripſit. Eſt autem iſta vanitas fuitq; ſemper ſic frequentata, vt cum ridicula futilitas alicubi ſit manifeſta, non vulgus tamen ſolùm, ſed etiam homines præcipui has nugas vſurparint & vſurpent, & de euentu non dubitent affirmando prædicare. Huiuſmodi eſt Mugilis piſcis in pelle leonina ceruinaue inuolucrum ad podagram, & dexter pes leonis Luciani Philopſeude, & alia ad febres, quas vocarunt ἐκ περιόδου ſeu periodicas, ad tumores ſanandos, ad ſerpentibus demendum virus, & innumerabiles aliæ
deli-

delirationes, καὶ ἃ καὶ αἱ γρᾶες ποιοῦσιν, vt eſt apud Lucanum. Quid? quod ad ictus iſtos cannarum ex ære aut ferro, quas tractantes eijciunt globos & ingeſta alia cum mortifero impetu, quæ periculum amoliantur nuper ſunt inuenta, cum deuorando maſſulas paneſúe conſecratos, tum aliquid incantando. Atque eſt compertum, quendam ita præmunitum nouem globos de veſtibus & armis reuerſum ad ſuos excuſsiſſe, apparentibus notis ſine vulneribus. Quendam etiam manu ante cannarum illarum vna appoſita, cum emicaret ignis, accenſo puluere globos expellente, repreſsiſſe ictum. In Plinij libri 28. capite 8. narratur quiddam, quod præſtet (ſi credimus) ne cernatur ab alijs, qui illud habeat. Diodorus Siculus libro 5. ſcribit: Mulierculas ab Hercule λαμβάνειν ἐπῳδὰς, καὶ περιάμματα ποιεῖν. Id eſt, ad ſua carmina illum adhibere, & ita efficere amoleta. Eſſe autem hunc Herculem non Alcumenes filium, ſed vnum ex Idæis Dactylis, quos fuiſſe numero quinq; dicitur in priore ἠλιακῶν Pauſaniæ, qui Herculis iſtius etiam meminit

in Bœo-

Bœoticis. ἐπῳδισμοί, qui ſint, dictum
[e]t. Plato in 11. libro Legum ἐπῳδέσεις
[v]ocat. βάσκανα & βασκανία, ſunt faſcina
[&] faſcinatio. Et verbum Faſcino, βα-
[σκ]αίνω, & effaſcino, Plinio eſt lib. 7. cap.
[ſe]cundo. Græci duxêre παρὰ τὸ βαίνειν
[ἀ]πὸ φαέων ἤγουν ὀφθαλμῶν βλαπτικόν. id
[eſ]t, quod aliquid ex oculis noxium ex-
[e]at. Et hoc Græcis Inuidere eſt. Vt:

*Florem quis liberum inuidit meum.*

[E]t Maronis eſt:

*[N]eſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos,*

[F]aſcinari quidam à fando deriuarunt.
[N]am & verbis lædi aliqui putantur. Se-
[c]undum quod, hoc eſt factum:

*[A]ut ſi vltra placitum laudârit, baccare frontem*
*[C]ingite, ne vati noceat mala lingua futuro.*

[E]t Germanicum verbum ſoni clamo-
[r]isq; habet ſignificationem. βάσκανον
[G]ræci ſimpliciter improbum & malum
[v]ocarunt. Faſcinus, inquit Plinius, Im-
[p]eratorum quoq; non ſolùm infantum
[c]uſtos, qui Deus inter ſacra Romana
[à] Veſtalibus colitur, & currus trium-
[p]hantium ſub his pendens defendit
[m]edicus inuidiæ. Idem, faſcinationi,
[i]nquit, adoratione peculiari occurri-
[m]us. Contra faſcinationes ter deſpui

ſole-

ſolebat. Itaque dicit Cyclops Theocriteus:

ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Et ait hoc ſe eſſe edoctum à quadam anu. Baſilius in Homilia de Inuidia hæc memorat: ἤδη δὲ καὶ τῶν ἰοβόλων αὐτῶν ὀλεθριώτεροι εἶναι οἱ νοσοῦντες τὴν βασκανίαν ὑπονενόηνται. εἴπερ τὰ μὲν διὰ πληγῆς ἐνίησι τὸν ἰὸν, καὶ κατὰ μικρὸν σηπεδόσι τὸ δηχθὲν ἐπινέμεται, τοὺς δὲ φθονεροὺς τινὲς οἴονται καὶ δι' ὀφθαλμῶν μόνον τὴν βλάβην ἐπιβάλλειν, ὥστε τὰ εὐεκτικὰ σώματα, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς εἰς τὴν ἄκραν ὥραν ὑπερανθήσαντα τήκεσθαι παρ' αὐτῶν καταβασκαινόμενα, καὶ ὅλον ἀθρόως συναναιρεῖσθαι τὸν ὄγκον, οἷον ῥεύματός τινος ὀλεθρίου ἐκ τῶν φθονερῶν ὀφθαλμῶν ἀπορρέοντος. ἐγὼ δὲ τοῦτον μὲν τὸν λόγον ἀποπέμπομαι ὡς δημώδη καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρεισαχθέντα ὑπὸ γραϊδίων. ἐκεῖνο δέ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὰν οἰκείας ἑαυτοῖς εὕρωσι προαιρέσεις, παντοίως αὐταῖς πρὸς τὸ ἴδιον ἀποκέχρηνται βούλημα, ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασκάνων εἰς ὑπηρεσίαν χρῆσθαι τοῦ ἰδίου θελήματος. Hæc eò libentius aſcripſi omnia, quod & verbis eleganter compoſita, & ſententiam habere præclaram viderentur. Eamque ob rem etiam viſum eſt interpretationem illorum Latinam

m ſubijcere. Iam etiam venenatis
ſtijs ipſis magis eſſe exitioſi putantur
o faſcinationis ( qui eſt inuidiæ nimi-
m & maleuolentiæ ) morbo labo-
ntes. Siquidem illæ ictu venenũ im-
ittunt, & paulatim pars mordicus
ſa, putreſcendo depaſcitur, Inuidos
rò ſunt qui arbitrentur oculis ſolum-
odo noxiam inferre, vt corpora bo-
habitus, quæ vigentia ætate ſummo
ecore ſupra modum effloruerunt, ta-
eſcant illis faſcinantibus, & omnes
ri membrorum deſtruantur, quaſi
uxione quadam exitiali de oculis in-
dis affluente. Ego verò iſta dicta re-
udio, tanquam vulgaria, & in gynæ-
eum inuecta ab aniculis. Hoc autem
o; Si quos honeſtatis atque virtutis
imici dæmones inuenerint familiares
biq; congruentes animos ac ſenten-
as, quod omnino illis abutantur pro
o arbitrio, vt oculos quoq; inuido-
um & maleuolorum ad famulatum
æ voluntatis vſurpent. Apud Plutar-
hum in quinto libro συμποσιακῶν faſci-
ationum naturales cauſſæ exquirun-
ur, & fit mentio cuiuſdam Eutelidæ,
ui ipſe ſeſe in aquas intuens faſcina-

 uerit.

uerit. De quo verſus ibi ſanè mendoſè editi iſtiuſmodi quidam exponuntur: quemadmodum nos quidem aliquando conati ſumus illos concinnare:

καλαὶ μὲν ποτ' ἔσαν καλαὶ φόβαι Εὐτελίδαο.
ἀλλ' αὐτὸν βάσκαινεν ἰδὼν ὀλοφώιος ἀνὴρ,
δίνης ἐν ποταμοῦ, τόνδ' αὐτίκ' ἀείκισε νοῦσος.

Quæ in Latinos verſus nos ſic conuertimus:

*Eutelidæ coma bella erat atq; venuſta, ſed ipſe*
*Faſcino homo exitij proprio cauſsã dedit amens,*
*Amnis ab intuitu, morbi mox tabe grauatus.*

Aphrodiſieus quoq; in ſecundo ſuorum Problematum libro, quærit: διὰ τί τινὲς βασκαίνουσι, καὶ μάλιστα τοὺς παῖδας; Et ait: ὅτι ὥσπερ ἰώδης τις καὶ φθοροποιὸς ἀκτὶς ἔξεισιν ἀπὸ τῆς κόρης αὐτῶν. Quod tanquam venenatus & exitioſus radius exeat ab oculis inuidorum. χαρακτῆρες ſunt figuræ ſeu formæ propriæ ſcalpendo expreſſæ, ſed transfertur nomen ad qualeſcunq; alias, vt orationis diuerſa genera, & ſunt ἠθικοὶ χαρακτῆρες Theophraſti, deſcriptiones quædam morales, ſignificatq; omnino nomen notas atq; ſigna. Itaq; ait Chorus in Hecuba: δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς ἐσθλῶν γενέσθαι. Inſignes, ait, eſſe notas in homini-

minibus boni generis. Et Medea queritur: Cum auri vitia depræhendi soleant, quod ad discernendos improbos,

ουδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Id est, nulla nota sit in corpore innata. Sed isti Magici characteres varij sunt ac multiplices, & temporibus atq; locis diuersi, sicut verba quoq; & carmina, cum ferè ad præsentem religionem accommodentur. Res omnino admodum superstitiosa est, quam impia simul & imperita audacia nuper etiam cœpit in salutarẽ Medicinæ artem scriptis ineptis illis quidem, sed in leuitatę opinionum perniciosis implicare. Magicum huius generis apparatum nos quoq; vidimus, in ea, quam appellant stolam, itemq; in carcere & tripode. Fit in historia de imperatore Valente etiam mentio tripodis, in quo Magicis carminib. consecrato apparuerint litteræ quatuor, θ, ε, ο, δ, quibus designaretur principium nominis, post Valentem futuri Imperatoris. Vnde & illius diuinationis autoribus & alijs permultis caussa est data interitus. Hanc fuisse χειθομαντείαν Zonara scripsit, eamq; vocat ἀλεκτορομαντείαν, de qua paulò post

aliquid dicetur. Neciomanticæ καταμαγεύσεις indicantur & in dialogoco Luciani cuius titulus eſt : μένιππος ἢ νεκυομαντεία. ἀπὸ τῶν στοιχειωμάτων ſunt στοιχειωματικοί, quorum mentio fit in libello Ptolemæi, cui ille nomen fecit καρπός. Vocaruntq́; à numero ſententiarum ibi expoſitarum, Certiloquium. Hæc enim ibi leguntur: τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ εἴδη, πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν. διὰ τοῦτο χρῶνται τούτοις οἱ στοιχειωματικοὶ τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων σκοποῦντες. Quibus tale quiddam dicitur, Quæ formæ ortum habent & interitum, illæ afficiuntur à formis celeſtibus. Et ideo his vtuntur Stœchiomatici, conſiderantes ad illas formas ſtellarum applicationes. Vocarunt στοιχειώματα imagines & ſigilla, & horum fabricatores στοιχειωματικούς. & nugatoria ſigilla circumferuntur Salomonis falſo nomine. Imprimuntur autem in aurum, argentum, gemmas, æs, ſigna, imprimuntur & in paſtillos, contra aduerſus caſus & morbos, quorum aliqua geſtantur in ſinu, aliqua deglutiuntur. Atq; patet vanitas iſta longè, de qua & ipſa iam ſatis verborum factum eſto. De cæteris ſuperſtitio-

ſtitionibus Magicis, quarum aliquæ ſuis nominibus ſunt indicatæ, vocabula explicandi gratia, prioribus aliquid addemus. Res enim tota inprimis nugatoria atq; futilis eſt, quamuis vbiq; gentium locorumq́; & omnibus temporibus vſitata. Plinius ſanguine hyænæ tactis poſtibus, vbicunq; Magorum, ait, infeſtari artes, non elici Deos nec colloqui, ſiue lucernis, ſiue vitris, ſiue peluibus, ſiue aqua, ſiue pila, ſiue quo alio genere tententur. Quæ autem effici creduntur ſunt & ipſa partim nugatoria ac ridicula, partim turpia atque fœda: Vt moræ itinerum, neceſsitates laxandi veneficium, amatoria, impedimenta concubitus & fœcunditatis, de quibus & ſupra dictum eſt, & ſimilia, quæ poſſent mira & incredibilia præſtigiarum monſtra narrari. ὑδρομαντικῶν exemplum eſt (libenter enim ex vetere hiſtoria petitis vtor) in Achaicis Pauſaniæ. Vbi dicitur, ad fanum quoddam Cereris eſſe fatidicam aquam de ægrotantibus. Speculum, inquit, filo tenui demittunt in illam fontis aquam, ſic librato ſpeculo, vt non demergatur profundius, quàm vt

orbis ſpeculi aquam attingat. Tum deinde votis ſuſceptis & incenſis odoribus, intuentur ſpeculum, in quo ægrotans oſtenditur ſiue viuens ſiue mortuus. Ibidem dicitur apud Cyaneos vicinos Lyciæ, eſſe fontem, in cuius aquas intuentes cernant, quæ velint, omnia. In Laconicis autem vbi Epidauri fit mentio, perhibetur aqua eſſe ibi Inus paludis non magnæ ſed profundæ. In hanc conijci ferijs Inus polentæ maſſam. Quæ ſi mergantur aqua, haberi id pro ſigno bono. Sin minus, pro malo. Vaticinationis Germanicarum mulierum Cæſar meminit libro primo Commentt. de bello Gallico. αἳ ποταμῶν δίναις, quemadmodum ait Plutarchus, προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι προεθέσπιζον, οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. Id eſt: Quæ vortices ſolitæ ſpectare fluminum, & gurgites atq; ſonos attendere, & ita vaticinari, non ſinerent prœlium committi priuſquam noua luna fulgeret. In hiſtoria de Andronico Nicetæ Choniatæ narratur, diuinationibus ceteris iam exoletis, reliquis tantùm fallacijs διὰ πλυνῶν καὶ

λεκα-

μανίδων, vnà cum Aſtrologicis, tunc
peram eſſe datam. Sunt autem πλωνοὶ
uacra, & ſic πώλοι vocantur, id eſt,
bra. Hisq; incantatis apparuêre ſi-
na ac notæ indicantia aliquid de quo
uærebatur. Athenæus libro 8. ἰχθυο-
έντεις ἄνδρας nominat in Lycia, & di-
inationem ex piſcibus, coniectis in
orticem quendam vicinum mari ve-
ibus cum aſsis carnibus, enarrat.
Hoc narrauit & Plinius libro 32. cap.
ecundo, addens, ibi piſces ter fiſtula
uocatos venire ad augurium. Plato-
ici collocarunt naturas quaſdam ſpi-
abiles, in ijs omnibus quæ elementa
licuntur: Igni, aëre, aqua, terra. De
iuinatione ex igni fecit & Maro hæc:

*Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis*
*Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe.*

Supra quoq; in mentione Tireſiæ diui-
nationis ex Euripide & Sophocle indi-
cata huc poterunt referri. De igne
Apolloníenſi ad Anam fluuium narra-
uit Dion libro 41. cùm alia admiran-
da, tum hoc: Ab optante aliquid, in
gnem illum conijci tuſculum, quod ſi
gnis corripiat, voti eum fieri compo-
tem qui coniecit. Sin reſpuat, non fie-

 ri. De

ri. De duobus tamen prorſus non licere conſuli, morte ſcilicet & coniugio. De aëre, quod eſt celum, quæratur exemplum. Narrata autem ab Diodoro libro tertio viſum eſt hoc loco referre. Quæ ſic ſumus Latinè interpretati: In Libyæ citra & vltra Syrtes locis res mira accidit. Certis enim temporibus, & potiſsimùm ſerenis, cernuntur in celo conſtantes quædam omnis generis animalium ſpecies. Harum quædam quieſcunt, quædam mouentur, & modò fugiunt, modò inſequuntur. Eſt autem omnium magnitudo immenſa, & imperitis incutiunt metum perturbationemq́; mirabilem. Quæ enim homines inſequuntur, vbi depræhenderint circum corpora effunduntur cum frigore & tremore. Atq; externi re inuſitata timore percelluntur, ſed indigenæ, quibus ſæpè talia occurrerunt, deſpicere ſolent illos euentus. Hactenus Diodorus, qui rei admirabilis & fabulæ ſimilis, à quibuſdam naturales cauſſas reddi ait. Quas qui volet cognoſcere, indicato in loco poterit. De his Plinius ita, libro 7. cap. ſecundo: In Africæ ſolicitudinibus

us hominum ſpecies obuiæ ſubinde ꝛunt, momentoq́; euaneſcunt. κοσκινομαντείας, quæ eſt ex cribro diuinatio, ꝛentio fit in Idyllio Theocriti tertio: ꝛemq́; φυλλομαντικῆς, vbi paſtor dicit, quod Telephilon non ediderit ſonitum, ſed ibi ad cubitum emarcuerit. Indicant autem explicatores, eſſe τηλέφιλον, quaſi δηλέφιλον, id eſt, indicans amantem. Cum ſimpliciter de abſentibus amoribus aliquid ſignificari creditum eſſe intelligi poſſe videantur, ſiue papauerum ſiue Anemones illud ſiue aliud etiam folium fuerit.

κατοπτρομαντικὰ cum his, quæ κρυσταλλομαντικὰ vocarunt, licet coniungantur, aliquibus viſis in ſpeculo, vitro, cryſtallo apparentibus, & id, de quo quæſtio eſt, demonſtrantibus. Quod his etiam temporibus genus vſurpari ſolere depræhenditur, & reſciſcuntur euentus mirifici. Qui poſſent à me non pauci commemorari ſi in talibus narrationibus morari vellemus. Cum quidem res neutiquam ignota ſit. Quos ἀλευρομάντεις vocarunt & κριθομάντεις, aliqui etiam ἀλεκτορομάντεις: Superſtitio horum recentior fuit talis. Litteræ

omnes perſcribebantur ſingilatim in pauimento aliquo, vel diſponebantur exaratæ in cartis. Et deinde ad vnamquamq; apponebatur ordei granum, aut polentæ aliquid. Mox cum certis incantationibus, gallus gallinaceus admittebatur, & obſeruabatur ad quas literas collocata ille deglutiret, & ex earum litterarum compoſitione, de quæſtione propoſita reſponſum petebatur. Hoc modo depræhenſum eſſe ſcripſit Zonara, artificibus Libanio & Iamblicho, initium nominis, eius qui ſucceſſurus eſſet Valenti Imperatori, ita deuoratis literis quatuor θ, ε, ο, δ. Id quod alij tradidêre, magica tripodis conſecratione eſſe factum. Fit etiam mentio λεκανομαντείας. Et Gregorius inter alia Iuliani inſectans impietatem inquit: λέβης μαντεύεται. Non diſsimilis vanitas iſta, inſpecta pelui, videtur fuiſſe eius, quæ de vitro & cryſtallo & ſpeculo indicauimus.

De ſortibus ſæpè fit mentio in Latinorum ſcriptis, & fuêre inprimis celebratæ Præneſtinæ. A Cicerone etiam memorantur diſturbatæ & diſsipatæ ſortes in Dodoneo oraculo. Significa-

hoc nomine & fati neceſsitas. Et
inatores atque arioli communi ap-
lation ſunt ſortilegi. Græcis ſunt
. Aſtrologi etiam maximè admira-
es rerum ſingularium euentus, ex
quos vocant κλήρους, quæ ſunt vulgò
rtes, prædicunt. Eſtq; in his præci-
a ὁ τῆς τύχης, id eſt, pars fortunæ,
aſi Lunæ horoſcopus.

Ad eam quam νεκυομαντείαν voca-
nt, pertinent euocationes aliquo-
m mortuorum, quorum ſimulacra
e offerant conſpicienda. De talibus
im Heroum & Heroidum veterum
ula extat in Laconicis Pauſaniæ, de
hille, Helena, Aiacibus verſantib. in
ula Euxini Ponti, cui nomen Leuce.
ſunt narrationes in medio Philo-
ati, qui liber habet titulum Heroica.
noſtra quoq; ætate euocata magicis
rminibus fuiſſe talia ſimulacra, &
ocari ſolere affirmatur. Atq; retulit
Dione Xiphilinus: Antoninum Ca-
callam, cum triſtibus ac horrendis
agitaretur viſis, elicuiſſe ſimulacra
tris & Cõmodi. Et audijſſe ex hoc:
χε δίκης ἄσσον. Quod initium eſt verſus
interfectæ virginis Byzantiæ mani-
bus

bus Pausaniæ per somnum inculcati:
στεῖχε δίκης ἆσσον μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

*Ius cole, perniciosa viris iniuria, res est.*

Hoc narratur in Plutarchi Curione. De sacrificijs Magicis exemplum est horrendum Druidarum. De quibus Cæsar libro 6. Commentariorum belli Gallici, & Diodorus libro 5. quos illa olim gens sacerdotes & sapientes habuit. Atque vsurpatur adhuc illud nomen in lingua Germanica, de Sagis.

De ijs, quos appellârunt Climactera supra ea dicta sunt, quæ duximus in hac commentatione commemoranda. Geomantiæ diuinationes nos quoque cognouimus superantes fidem. Colliguntur autem fortuitò punctis designatæ figuræ numero XVI. & nominibus his insigniuntur: Lucrum. Damnum. Læticia. Tristitia. Album. Rubrum. Caput. Cauda. Puer. Puella. Fortuna maior. Fortuna minor. Populus. Via. Coniunctio. Carcer. Atque refertur tota res ad astrologicam doctrinam, & de præteritis, præsentibus, futuris, incredibilia ab istius artis peritis proferuntur, quæ tamen euentu comprobantur. Existimatur ex eo nomen

[...]n esse factum, quod primis tempo-
[...]us, quæ antiquissima aliqui perhi-
[...]erunt, in puluere soli puncta fortui-
[...]illa designarentur, vnde colligi diui-
[...]tionis istius figuras diximus. Cum
[...]tem in hoc quinto genere superstitio
[...]infinita, & vanitas alicubi ridicula,
[...]in his tamen caussæ effectionesq; mi-
[...]biles esse videantur, nos ad demon-
[...]andam rem aliquid de veterum scri-
[...]is, sicut ante fecimus, depromtum
[...]oc etiam loco referemus, vbi de die-
[...]m obseruatione prius nonnihil disse-
[...]erimus, quam constat & antiquis
[...]mporibus attentè esse consideratam,
[...] nostris adhuc accuratè notari, qui
[...]usti aut infausti sint. Nominantur
[...]uidam Aegyptiaci, vt ad omnes res
[...]mniaque negotia infelices, & pleni
[...]ericulorum. Græcis sunt ἀποφράδες,
[...]uos atros vocarunt Latini. Et Plutar-
[...]hus Lucullo interpretatur ἡμέρας μελαί-
[...]ς. Cuiusmodi fuerit ἡ πρὸ μιᾶς νονῶν ὀκ-
[...]ωβρίων, id est, pridie nonarum, quan-
[...]o præclarissima victoria potitus sit
[...]ucullus, profligato ingente excercitu
[...]igramis, cum deterrentibus quibus-
[...]am, & admonentibus vt ab infortu-
nato

nato die illo caueret ſibi, reſponderi hoc memorabile: ἐγὼ ταύτην εὐτυχῆ ποιή-σω ῥωμαίοις τὴν ἡμέραν. Id eſt: Ego effici-am, vt iſte dies fauſtus & fortunatus ſi Romanis. Omnes item poſtridiani di-es atri habiti, quod ad Alliam malè eſ-ſet pugnatum cum Gallis, vnde & Al-lienſem diem vocarunt, poſtridie Id Quintil. Id eſt, quemadmodum ſcri-pſit Plutarchus in Camillo περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον, quo die ſupe-riore tempore trecenti Fabij quoque cecidiſſent. Narratio autem de diebu atris extat in Gellij libro 5. cap. 17 quam tranſtulit Macrobius in ſui libr Saturnaliorum primi, cap. 16. Et eſt longiuſcula diſputatio de obſeruatione dierum Plutarchi in Camillo, vbi dici-tur, quod Heracletus increpando re-præhenderit Heſiodum, τὰς μὲν ἀγαθὰ ἡμέρας ποιούμενον, τὰς δὲ φαύλας. Quem Ma-ro ſecutus inquit:

*Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna*
*Felices operum.*

De poſtridianis etiam diebus cur fue-rint ἀποφράδες, cauſſæ ab eodem Plu-tarcho exponuntur in capitib. Roma-nis. Lucianus ita: ἀποφρὰς μιαρὰ καὶ ἀπαί-

σιος

ιος καὶ ἄπρακτος ἡμέρα. ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτ' εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται, μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται. Ater dies eſt ſceleratus & infauſtus, & omnibus negotijs contrarius, quo die neq; magiſtratus aliquid agunt, neq; in iudicijs cauſſæ recipiuntur, neq; ſacrificia fiunt, neq; omnino quicquam quod fauſtum ſit, perficitur. Etſi id quod de magiſtratibus & Iudicijs dicitur, non ſolùm ad dies atros pertinet, ſed eos quoq;, qui nefaſti religioſiq; habebantur, neq; erant tamen atri. In ſeptimo libro Legum Platonis ſunt ἀποφράδες μὴ καθαραὶ ἡμέραι, dies impuri. Et eſt in Græco nomine ſignificatio, nefandi.

Verùm de his ſatis. Nunc vt tandem finiatur iſta commentatio promiſcue, ſicut in mentem venerint, exempla ſuperſtitionum vulgarium in his aut illis perſequendis fugiendisúe, & opinione proſperæ aut aduerſæ fortunæ, deinceps referemus, cuiuſmodi indicata in Plinij naturali hiſtoria vbique occurrunt, & his temporibus quoque plurima depræhenduntur. Vt occurſum lupi prætereuntis in itinere, eſſe fortu-

fortunatum, leporis infortunatum. Salinum euerti triste, vinum effundi signum euentus alicuius boni. Ouorum testas seu calices frangi aut perforari debere, id quod Plinius quoque etiam de cochleis notauit. Papas Romanos, si non mutetur euecti ad illam excelsitatem prius nomen, non diu viuere. Sicut olim obseruatum fuit: omnes Cæsares quibus Caius esset prænomen ferro perijsse, & omnis qui cum Tiberio consulatum gesserit, violentam obijsse mortem. Id quod Dion scripsit. Inducere calceos aut ocreas peruersè. Id quod inter tristissima duxisse Augustum traditur. Pausanias Atticis narrat diuinationem ad simulacrum in specu quodam Herculis cognomento Buraïci, coniectis talis. Et in Boëticis scripsit, ex quodam puteo Hysijs bibentes euasisse fatidicos: In Laconicis, victoriam portendi, commissis apris, ei cuius aper fuisset superior. Ibidem in aquam Inus si polenta proiecta demergatur, bonum iudicari, sin minus, malum. Quod & de Aetnæ montis cauernis, quos κρατῆρας vocarunt, esse obseruatum. In illas enim proijci, aurum, argen-

gentum, victimas. Quæ si igne cor-
pta auferantur, lætari tunc eos, qui
oiecerint, spe felicis euentus. Sin re-
tentur, calamitatem portendi statu-
t. In Corinthiacis idem Pausanias,
ntum Africum Metharæorum vineas
dentem, ita ait sedari: Duo viri gal-
m candidum diuellunt, & circum vi-
eas, gestantes partem vterq; dimidia-
m galli contrarios cursus obeunt,
umq; eò redierint vnde processêre,
i illa frusta defodiunt, & ita auerti-
r vis venti. Ad morbos comitiales &
sanię despuere solebant, id quod &
fabula Plautina indicatur cui nomen
aptiui duo: Et istic illi, qui sputatur,
orbus interdum venit. Et Theophra-
us depingens eum, quem Græci δεισι-
δαίμονα, Latini Superstitiosum vocant,
ijs enumeratis, etiam hoc addit: μαι-
νόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον
πτύσαι. Conspecto furioso, aut eo qui
morbo Comitiali laboret, cum horro-
e despuere in sinum. Et putant nunc si
n aquam despuat ter eques, cum qua-
am precatione, non nocere equo po-
um. Apud Theocritum mentio fit ὀλο-
φυγδόνος, id est, pustulæ, quæ mentienti

 in na-

in naſo naſceretur, nunc perhibetur vulgò in lingua. De iugo, quo laqueo fures ſuſpendi nunc ſolent, feſtuca abſciſſa, & de cadauere aliquid reſectum, putatur, neſcio quid efficere. Et Plinius de clauo atq; ſparto è cruce, magicum remedium narrauit contra febres quartanas. Nemo eſt omnium, quin ſi non ipſe aliquid vſurpet ſingularium & propriarum ſuperſtitionum, viderit tamen & audiuerit vſurpatas ab alijs. Eſt autem tota res non ſolùm prudentiæ iudicio propter vanitatem culpanda, ſed ab ijs qui Chriſtianos ſeſe perhiberi volunt, impietatis nomine condemnanda. Veteribus fuit vſitatum de Homericis ſcriptis ſorte elicere indicium euentus. & traditum eſt de M. Bruto, obueniſſe ei hoc agenti die natali ſuo verſum iſtum, quem apud Homerum pronuntiat Patroclus, Hectore eum Apollinis ope interficiente:

ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ, καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Poſtea cum prœlio Philippenſi commiſſo ipſe occubuiſſet, prædictum hoc verſus illius ſorte creditum, quod bellicum ſignum ſuis dediſſet Apollinem. Plutarchus ait, hunc à Bruto verſum in con-

conuiuio fortuitò pronuntiatum fu-
. Qui idem ſcripſit diſceſſuram ab
o Porciam Velia, feminam animo
rti præditam, ad quandam picturam
rimas profudiſſe, qua exprimeretur
ndromacha obuiam facta Hectori
ſtans filiolum, & in virum abiturum
pectans. Qui ad ipſam poſtea non
dijt. Scimus & noſtris temporibus
huc variè indicia quædam futuro-
m ſortiendo notari, vt de numorum
rtè proiectorum imaginibus, de cul-
llorum ſignis, de cingulorum pollice
menſionibus. Ab ijs autem, qui eru-
ti litteris videri volunt, ſortes con-
rſis veterum librorum paginis, in-
rimis Virgilij, frequentari conſtat.
regoras quidam ſcriptor hiſtoriarum
entis & interimentis Imperij Con-
antinopolitani narrat: Andronicum
atrem appetente regnum filio, pagi-
as vertendo libri Pſalmorum Daui-
is, ea de re reſponſum ſorte quæſiuiſ-
, & obueniſſe ſententiam Pſalmi 67.
Dum diſcernit celeſtis Reges niue de-
lbabuntur in Selmon. Omnino ſunt
nfinitæ iſtæ ſuperſtitioſæ obſeruatio-
es, dictorum, factorum, veſtitus, ge-

 ſtuum,

ſtuum, de quibus pauca adhuc poſteriorum temporum hiſtoriolas recitabimus, & ita tandem iſtam Commentationem finiemus, quæ iam adeò perſcribendo proceſsit longius, quàm initio putaueramus.

Zonara narrat cùm alia iſtiuſmodi tum hoc: Leontem, qui Michaëlo Imperatori cognomento Rancabe ſucceſsit, in regiam ingreſſum, ſuam veſtem tradidiſſe Michaëlo habenti cognomen Trauli, id eſt, Balbi, qui illam ſibi ſtatim induerit, & ita ornatus ſequens Leontem præcedentem habitu Imperatorio, fimbriam veſtis illius calcauerit. Idq; iudicatum eſſe ſignum futuræ in imperio ſucceſsionis. Idem Zonara mentionem facit in Michaëlo Balbo libri, qui aſſeruaretur in regio ſacrario continentis prædictiones de Imperatoribus, & figuras varias tam hominum quàm beſtiarum. Et in his depictum fuiſſe Leonem, & à tergo illius exaratam literam Græcam X. Et pone ſequentem virum cum haſta, qui per interiectam mediam illam literam confoderit Leonem. Exiſtimatum autem idem Zonara ſcripſit, prædictiones

is illas esse Sibyllina oracula. Pictu-
m verò sic explicuisse eum, qui tunc
uæstor esset: Die memoriæ natalitiæ
hristi interfectum iri Imperatorem.
am bestiam nomen indicare Impe-
atoris, & literam X. Christum signifi-
are, per quam cum hasta traijci vide-
tur, ipsis illis ferijs cædem fore, de-
onstrari. Propriorum nominum no-
atio supra quoq; est indicata. Loco-
um cùm alia exempla extant, tum il-
ud, quod recitauit Valerius: Quen-
am oppugnantem in Liguria mon-
em, Letum nomine, cohortando mi-
tes dixisse: Hodie ego Letum capi-
m, & eo in prœlio ipsum cecidisse.

Zonara hoc memorat in Michaëlo &
Theodora: Agareni vicerant excerci-
um Imperatoris, cum ipse Imperator
ix euasit captiuitatis periculum, con-
eruatus à Manuelo ordinum magi-
tro. Mandatum fuit bellum hoc dein-
de Petronæ Imperatoris auunculo. Is
prioris prœlij aduersa fortuna territus,
non fuit ausus confligere cum hosti-
bus, antequam monachi cuiusdam
prædictione de victoria confirmare-
tur. Tunc igitur congressus cum hosti-

 bus,

bus, & victor euaſit, & in conflictu Agarenorum ductor cecidit. Ante illam pugnam autem de quodam ex captiuis quæſiuerat iſte ductor quid vocaretur locus ille, vbi ipſe eſſet caſtrametatus, & quod nomen præterfluenti amni, & toti regioni eſſet. Cumq́; captiuus ille dixiſſet, regionem λαλακάωνα, & locum caſtrorum appellari πλώσαντα, & præterfluentem γύρην: Ille non boni illa nomina, inquit, ominis ſunt, in quib. eſt ſignificatio ἡ τοῦ λαοῦ κάκωσις, id eſt, populi clades, & πλῶσις, ruina, & γύρωσις ἐκ τῶν ἐναντίων, id eſt, circumuentio hoſtilis. Idē Zonara in Romano Locapeno narrat: Veniſſe quendam ad Imperatorem Romanū, & oſtendiſſe vnam ſtatuam in ſuperiore Xerolophi fornice, ἐστοιχειῶσθαι, id eſt, imagine & ſigno pertinere ad Symeonem Bulgarorum ( qui vetere nomine ſunt Myſi ) ductorem, ſitientem cruoris hominem. Eius ſtatuæ caput ſi amputaretur, ſecuturum eſſe Symeonis interitum. Simul igitur caput ſtatuæ illius fuit amputatum, & Symeon laborare cœpit cordis doloribus, quem morbum καρδιωγμὸν vocant, & mortem ſtatim obijt. Idq́; ita eueniſſe, dili-

…igente Imperatoris indagatione …ſtea cognitũ eſt. Etiam noſtris tem…ribus auditum eſt longè quoq; ab…tes, ſic lædi magicis ictibus, vt mor…s excruciati ſæpè intereant. Quod ſi …, cui malum iſtud ſtruitur, præmu…us fortè aliquo peſtem auertente re…edio, non violetur, recidere vniuer…n perniciem in conatum affligere. …em Zonara in Alexandro Imperato…r fratre Leontis, ſcripſit: Illum de …acio vitæ ſuæ perconctatum eſſe ario…s. Qui reſponderint, fore eum lon…æuum, ſi in theatro collocatam effigi…n æneam Suis, quod eſſet ipſius ſignũ, … eſt, ϛοιχεῖον, curaſſet augendam den…bus atq; pudendis partibus, quibus …a adhuc deficeretur. His fidem Ale…ander habens, ea quæ deerant iuſsit …diungi. Sed vita ideo producta non …it, non enim diutius regnum tenuit …nno & menſe vno. Atque ſcitè addit …onara, iudicium illud habuiſſe hoc …antum veritatis, quod Imperator il…e Sui eſſet ſimilis, ventri deditus & per…etuò epulis per luxuriã vacans. No…inib. etiam quibuſdam ariolati fuêre, …iuidentes literas, ac numerorũ notas

attendentes. Quale est quod Niceta Choniates de Manuelo Comneno narrat. Qui filio nato imposuit nomen Alexi, quod ad interrogationem de successione gentis Comnenæ in imperio, datum esset responsum vno nomine, αιμα. Cuius literis singilatim consideratis iudicatum est, indicari Alexium, Isaacium, Manuelum, & rursum Alexium. De eodem Manuelo idem Niceta memorat: Tenuisse eum imperiũ annis 38. quib. duo tantùm menses deessent, & eô videri respexisse antiquum quoddam oraculum versus huius:

ἀλλ' ὑςάτη σε κεραίνος λάβῃ λόγου.

*Te syllaba vltima nominis rapiet tui.*

Est enim Græca scriptura nominis illius, μανουὴλ. Et η notat octo, λ verò triginta In Anastasio cognomento Dicoro, narrat Zonara: Bulgaros profligasse Imperatoris copias per ἐπωδὰς καὶ γοητείας. In Michaëlo Balbo scribit idem Zonara, Athinganon quendam, in excercitu aliquid à præfecto copiarum Michaëlo tunc gregario milite petente, accersisse ad illum, & clam dixisse: Eum qui peteret, futurum esse Imperatorem. Qui fuerint isti Athingani nó habeo

abeo compertum, sed Zonara ait, fu-
se cœtum quendam horum in Phry-
iæ superioris vrbe Amorio, obseruan-
em ritus Mosaicos, quamuis baptissa-
entur. Atq; his etiam temporib. ober-
ant quidam cum feminis & pueris,
quæ est colluuies hominum improbo-
um ac malorum, qui Ziganos sese no-
ninant, & prædicere sese futuros pub-
icè priuatimq; euentus posse profiten-
ur, cum multis superstitiosis rebus,
vulgo sibi nomen singularis opinionis
conciliant. Temporib. autem Romani
Imperij & diuulsi & collabentis, diui-
nationum frequentatio conualuit, cu-
ius præcipua autoritas fuit apud mo-
nachos. Quos, quibuscunq; sanè arti-
bus ac modis, futura prædicere ita sæ-
pè est compertum, vt exitus vaticina-
tionem comprobaret. Cuius rei exem-
pla multa extant in historia Zonaræ &
Nicetæ, & huius vnum insigne de Isaa-
cio fratre Alexij, qui Isaacium regno &
oculis priuauit. Cum quidem manife-
stas quoq; fraudes istud genus vsurpâ-
rit. De quo narratio extat in Zonaræ
Leonte Armenio, quam & longiuscu-
lam & futilem commemorando, non
 placuit

placuit huic cõmemorationi intexere. Atq; noſtris quoq; temporib. nonnullis in locis tales diuinatores Monachi inueniuntur, aliqui ἐγγαστρόμυθοι, ſiue ἔμφυτον μαντικὴν ἔχοντες (quemadmodum Euenus quidam in Calliopea Herodoti) aliqui Chiromantæ, aliqui aſtrologi, aliqui aliarum ſuperſtitionum adminiculis vtentes. De vulgarib. autem dictorũ factorumq; obſeruationibus, vt omnia ficta atq; falſa ſunt indefinita, ſic commemoratio, eorum ſaltem quæ eſſent in promtu ad demonſtrandum, neq; modum neq; finem haberet. Sed plæraque omnia fidem ex euentu inuenerunt, vt fortuita per ſe, & inania, errore opinionis, fatidica eſſe, & momenti aliquid habere videantur. Alexium declaratum Imperatorem, cum rebus peractis, è templo exiret, & equum vellet conſcendere, primùm equus calcitrando non admittere ſeſſorem, mox impoſitum excutere. Hoc ſignificaſſe creditum id quod de eo euenit, & Imperij ipſius ruinam. Athenæus lib. 16. inquit: ὅταν λύηται ὁ στέφανος ἐρᾷν λέγονται, id eſt, corollam diuulſam ſignum eſſe amoris. Deq: eo verboſè

ose disputat. Quid fuit id? quod Ia-
on apud Apollonium libro quarto Ar-
onauticorum : ἐξάργματα τάμνε θανόν-
τος, cum nefaria fraude interemisset
Absyrtum fratrem Medeæ. Creditum
nim olim fuit, aliquid de sic interem-
is præcisum ab autore cædis gestari,
uertere ab occisi manibus vltionem.
Vox illa Crassi, cum pontem rescidis-
set : Nemo hac nostrum est rediturus,
decreui enim per Armeniam reuerten-
do iter facere : significasse, credita est
interitum illius & excercitus in Par-
this. Et multa passim similia comme-
morantur. Aliquis prolapsus, & postea
afflictus, aduersi casus illam significa-
tionem habuisse existimatus. At Cæ-
sar omen conuertit, & cum in Africa
concidisset, appræhenso solo : Teneo
te inquit pro terra Africa. Dion cum
alia signa mortis Antonini, quem Ca-
racallam & Tarantem vocarunt, reci-
tat, tum Nicomediæ in colloquio di-
xisse scribit : Præclaros esse versus Eu-
ripidis, quibus ille Tragœdias sæpe
claudit :

*Multæ facies diuinarum*
*Sunt rerum, inopinato & multa*

*Fiunt,*

*Fiunt, neq; ſperata eueniunt,*
*Deus inſperatiq; iram, inuenit.*
*Huiusq; rei exitus iſte eſt.*

Quoties ſunt autem pronuntiati iſti ſcilicet verſus, ab ijs, qui nequaquam deinde improuiſam mortem obierunt. Credatur etiam, ſi lubet, oſtentum fuiſſe, vt Plinius putat, iunxiſſe ad currum Leones M. Antonium, poſt pugnam Pharſalicam, tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigio ſignificante. Cum nihil quod inſolens & importunum eſſet, ab hominis furioſi audacia abhorruerit. Atque ita, quid non poſsit admittere ominis interpretationem. Introijt in ædes ater alienus canis, Anguis per impluuium decidit de tegulis, Gallina cecinit. Quod poſterius monſtrum nunc vulgò perhibetur, indicare dominatum mulieris in familia, non viri. Proferre domo exeuntem priorem ſiniſtrum pedem, ſtridentẽ felem obſtrepuiſſe, ſeu tranſcurriſſe (quod inter triſtia omina oblata Seiano narrauit Dion) malum ſignum habitum eſt, inferiorisq; genæ oculorum motum, portendere lacrimas. In textrina ſonitus telæ, & in pe-

ine fila incurrentia, Asini clamor, Sorcis stridor, & similia innumerabilia, licuius fortè postea secuti euentus. utantur magici contactus & sanare affligere membra. Dicta quædam gestus prohibere incendij progressum. De Pyrrho rege traditum est: Dextro pede eum prementem lienem, um antea Gallum immolasset, ita sanasse spleneticos. Eam vim in pollice uisse Plinius scripsit libri 7. cap. secundo, & non potuisse hunc cremari. Fabulanturque nunc quidam de Regum certorum singulari potestate morbis aliquibus sanandis tactu gestuque & verbis peculiaribus, in quibus Gallicus nominatur Strumas, emendans. Xiphilinus ex Dione retulit: ὅτι οὐεσπασιανὸς τυφλόν τε τινὰ καὶ ἕτερον οὐκ ἀρτίχειρα προσελθόντας οἱ ἐξ ὄψεως ὀνειράτων, τοῦ μὲν τὴν χεῖρα πατήσας, τοῦ δ᾽ τοῖν ὀφθαλμοῖν προσπτύσας, ὑγιεῖς ἀπέφηνε. Id est: Vespasianum cæcum & mancum, qui somno moniti ad eum accessissent, ita sanasse, vt alterius manum calcaret, alterius oculos conspueret. Idem Dion de Principe Augusto narrat: Templum Quirino ab hoc extructum exornatum fuisse co-

columnis

lumnis 76. & ita creditum esse, quod numerus annorum, quibus vixit Augustus, esset demonstratus. Iam inter prodigia mortem Augusti significantia & hoc posuêre, quod de inscripto statuæ eius positæ in capitolio, nomine prima littera esset decussa. Hæc cum nota sit numeri centum, pronuntiarunt vates post dies centum illum esse moriturum. Cur non verò horas aut menses. nam anni scilicet spacium vitæ superassent humanæ. Nam Seueri statua fulmine icta, & tribus deletis litteris, post annos tres secuta mortem esse significatam, creditum.

Sed excurrunt ista, quæ commentanda suscepimus, iamdudum longius. Cum nobis hoc modò fuerit ꝓpositũ, vt diuinationum, & cum hac coniunctarum superstitionum genera indicaremus, paucisq́; exemplis demonstraremus, & nomina appellationesq́; exponeremus. Nã in enumerando enarrandoq́; ea singilatim, occupari, consilium nostrum non fuit, neque ab vllo omnium mortalium istud argumentum explicari posit. Mendacij enim & vanitatis materia atq; species neq; numero

mero

nero compræhendi, neq; copia defi-
iri poteſt, cum illæ ſint immenſæ, eaſ-
ue nulla vnquam perſcrutando curio-
tas depræhenderit. Vt igitur Home-
us ductores copiarũ ad Troiam com-
nemoraſſe ſatis habuit, & multitudi-
em non poſſe percenſeri ait, Sic nos
lam ingentem confuſionem ſuperſti-
ionum, generibus indicatis, relinqua-
nus in medio. Quoniam autem ſu-
ra diximus, in omnibus illis, quas re-
enſuimus, effectionibus, manifeſtò
pparere vim poteſtatemque aliquam
maiorem natura facultateq; humana,
& veri ac æterni numinis diuini opera
n hanc commentationem implicare
nos non velle profeſsi ſumus: de cauſ-
ſis & autoribus ſuperſtitioſarum effe-
ctionum, ſuſpicetur ſentiatq; & ſtatu-
at quiſq;, quod maximè arriſerit. Sanè
omnis antiquitas arbitrata eſt & iudi-
cauit: eſſe naturas quaſdam ἀσωμάτους,
id eſt, ſine mole corporis, & compagi-
ne membrorum, quos ſpiritus voca-
mus, ipſi δαιμόνια appellarunt, ex qui-
bus quædam φαῦλα καὶ βάσκανα, ſecun-
dum Plutarchum in Dione, euentuum
infortunatorum atq; triſtium caſuum
dare

dare cauſſas ſoleant. Vt commenta anicularum & pueriles metus, iſti terrores non ſint exiſtimandi. Et quoniam, quicquid malum & improbum prauumq; eſt, id bono & honeſtati & recto eſt contrarium, Deiq; notio ſummam bonitatem virtutemq; & laudem complectitur, iſta dæmonia longè ſunt à diuinitatis excellentia ſeparanda, quamuis ab ipſis res ſuperantes naturæ humanæ captũ efficiantur. Sunt enim ea, quæ retulimus, talia, vt ſapientiæ viriumq; humanarum operæ in his non agnoſcantur. Sanè & ſcimus antiquis temporibus fuiſſe, & noſtris reperiri præſtigiatores mirificos, quos & ipſi Græci γόητας καὶ ἀγύρτας vocarunt (cum hæc nomina ad omnes deceptiones atque fraudes tranſtulerint) qui ſint ſuo nomine θαυματοποιοὶ: Hos igitur perſpicuum eſt, incredibilia edidiſſe & nunc quoq; edere ſpectacula, agilitatis induſtriæq; excercitatione, abſq; alterius externæ naturæ efficacitate: Vt κυβιστᾶν ἐπὶ μαχαίραις, id eſt, ſupra gladios ſaltitare, & deuorare videri pugiones, quorum prioris mentio fit in Xenophonteo Sympoſio, alterius in Laconicis


nicis

cis dictis à Plutarcho. Athenæus ominauit lib. primo Matream quenam θαυματοποιὸν, qui & ridiculus fuet, qui sunt γελωτοποιοί, & planus. Et ripsit inter alia solitum dicere: Sese estiam alere, seipsam depascentem: tque nunc etiam quæri: Quænam sit Matreæ bestia. Cum ille quidem Inuiiam ita indicare voluisse videatur. In oc genere fuêre νευρόσπαστοι, qui fidium x funiculorum contentione mirificas ormas exhiberent. Nominauit Atheæus etiam Xenophontem præstigiaorem, qui cùm alias species artificiosè xpresserit, tum ignem sua sponte exardescentem, & nunc quoq; inueniuntur, qui flammas ex ore efflare videantur: Sicut alij qui ore vinum aut alios copiosos latices quasi inde haustos effundere, quod Athenæus de Nymphodoro quopiam retulit. Nicephorus autem quidam Gregoras scriptor historiæ post captam à Latinis Constantinopolin, & ab Græcis recuperatam, narrat temporibus Andronici patris, Constantinopolin, profectos ex Aegypto, peragrato penè toto orbe terrarum, venisse præstigiatores quosdam,

eiusmodi miracula exhibentes, quæ neq; ab vllo ante visa auditaúe essent, τερατώδη μὲν καὶ θαύματος πλήρη, οὐ μὴν δαιμονικῆς μαγγανείας μέτοχα, ἀλλ' ἐπιτηδεύματα φύσεως δεξιᾶς ἐγγυμνασθείσης ἐκ πλείονος ἐς ἔργων τοιούτων ἄσκησιν. Id est, Portentosa illa quidem, non tamen dæmonum præstigias participantia, cum essent studia quædam industriæ naturæ, diu multumque in excercitatione & vsu rerum illarum versatæ. Hi & funambuli fuêre, & supra erectos malos & fune iunctos, gestus edidêre. Et sedentes stantesq; in equis cursu incitatis, necnon exiliendo desiliendoque, & sessionem commutando, omnium maximè admirationem commouerunt. Narratque Gregoras ille ibidem alia quoq; istiusmodi, & similia his etiam temporibus comperiuntur.

FINIS.

ΘΡΗ-



# [I]N FVNERE VIRI
## [RE]VERENDI PIETATE,
[do]ctrinæq; eruditæ copia facultateque
[exi]mia, ſapientia ac virtute clariſsimi,
[D]. IOACHIMI CAMERARII,
[v]triuſq; linguæ in Academia Lip.
profeſſoris prorſus in-
comparabilis.

[L]Eucoris atra, ſui ſi fleuit fata Philippi,
Qualis defunctum nata flet orba patrem:
[N]uere fœdatos Academia ſolue capillos,
Mœnia Lipſiaci quæ colis ampla ſoli.
[I]n tui ſtatio cœtus IOACHIMVS, & aura
Quaſſatæ rerum turbine, morte iacet.
[O]ccidit, atq; tuam ſecum trahit ille ruinam,
Qua nuper ſteteras fulta, columna iacet.
[D]ilectum ſummo caput, acceptumq; tonanti,
Quem coluit mentis relligione piæ,
[E]t Muſis carum: ſeu quæ Parnaſia tempe,
Seu quæ Sionis culta vireta tenent.
IOACHIME bonis obitu prærepte citato,
Ipſe tibi ſera viſus abire nece.
[E]t tu viuendo Cumææ ſecula vatis,
Neſtoreosq; dies vincere dignus eras:
[D]octrinæ ſi par æuum, virtutis & æquos
Si meritis annos, inuida Parca daret.

*Viue pius, moriere pius: mors dira, bonorum*
*Atq; malorum vno limina calce ferit.*
*Scilicet ex illa, qua viuere cœpimus hora,*
*Ad mortem præceps acceleramus iter.*
*Nascentes morimur, finem simul inchoat ortus:*
*Principiumq; legens, hora suprema subit.*
*Deficit exoriens in primo limine vita,*
*Et se vitæ opifex carpit alendo calor.*
*Terra sumus, terræ properamus reddere corpus,*
*Inq; redire vmbram, qui leuis vmbra sumus.*
*Ergo iaces, & te Patrem nunc orba requirit*
*Lipsia, te studijs ô* IOACHIME *ducem.*
*Quiq; bilingue sonans, mulcebas voce Lyceum,*
*Voce carens, inter corpora muta siles.*
*Et sine mente iaces, cui nuper dotibus aucta*
*Mens erat ingenij, pectoris aucta bonis.*
*Nec duros flexit manes facundia linguæ,*
*Atq; bibêre tuas flumina surda preces:*
*Orando rigidas poterant quæ ducere quercus,*
*Ac immota suo saxa ciêre solo.*
*Vsq; adeo nec virtutis Libitina nitorem,*
*Nec Sophiæ clarum respicit atra decus.*
*Heu quæ lingua silet, postquam te fata tulerunt*
*Cecropiæ suadam vocis, & Ausoniæ.*
*Te ductore carens, bifidi per deuia montis,*
*Ignotis errat turba nouella iugis:*
*Et nunc per salebras operoso tramite reptat,*
*Nunc dumis hæret, cassa regentis ope.*
*Quale per arua vagum, dubia regione viarum,*
*Balan-*

Balantum huc illuc agmen oberrat iners.
*c, pastoris egens, seræ decedere nocti,*
*Nec dubio meminit tangere septa pede:*
*stquam signa canens argutis fistula cannis,*
*Muta iacet, bifores & siluêre modi:*
*lem te moderatorem deserta iuuentus,*
*Nunc gemit amissum, nunc reuocatq; gemens.*
*rua loquor, talem te Christi cymba magistrum*
*Expetit, insani fluctibus icta freti.*
*fidos inter maris implacabilis æstus,*
*Inter & ambiguæ cæca pericla viæ.*
*terea superûm nitida tu sede receptus,*
*Inter celicolas gaudia lætus agis.*
*Quiq; dolendus abes nobis, templisq;, scholæq;,*
*Pace fruens, Christi morte, beatus abes.*
*Nam neq; te clausum tenebris, & carcere cæco*
*Orcus habet, nec te lurida regna vident.*
*In te sortita Minos nec iudicat vrna,*
*Aut quicunq; vmbris reddere iura solet.*
*Sed tua nequitiam scelerum, fraudesq; perosa,*
*Atq; tenax recti, crimine vita carens,*
*Integritate sua vicit subsellia Cretis,*
*Nec rea facta graui iudicis ore fuit.*
*Felix morte tua, non tot portenta malorum,*
*Non hominum fraudes, perfidiamq; vides:*
*Aequora qui terræ, qui miscent æquora celo,*
*Christicolis ne quis restet in orbe locus.*
*Non crassa errorum volui caligine mundum,*
*Et sublime nefas stare, iacere bonos.*

*Ingenium ſordere, aſino ſimulante leonem,*
*Inflata vaſtum rana imitante bouem.*
*Doctrinaq́; rudes, decus affectare cathedræ,*
*Artis dum meritum gratia, iusq́; terit.*
*Non te dura quatit varijs fortuna procellis,*
*Non labor excercet, morbida visq́; premit.*
*Non exeſt animum metus, aut ſpes lactat inanis,*
*Non inflant pectus gaudia, cura necat.*
*Sed nil debentem te nunc mortalibus, alma*
*Sede beatorum purior aula tenet,*
*Dentibus ereptum inuidiæ, linguæq́; procacis,*
*Atq; minis procerum, perfidiæq́; dolis.*
*Mole nec afflictum ſenij, aut tentamine morbi,*
*Poſt ter quina æui luſtra peracta tui.*
*Sub pedibusq́; ſimul mirantem limina celi,*
*In quæ ſumma tibi ſcandere cura fuit.*
*Iſlebicum iuxta vatem, fratremq́; Philippum,*
*Pfeffigerumq́; tuum, participemq́; tori.*
*Salue care parens, ſalue nouus hoſpes Olympi,*
*Nos, tua te ſoboles ſemper amore colet.*
*Salue ô ſancte ſenex, nec feſtinata clientis*
*(Dum potiora feram) munera ſperne tui.*
*O vtinam grates alia tibi parte referrem,*
*Sed nunc officium ſentiat vrna pium.*
*Salue doctrinæ fidus mihi doctor, & autor,*
*Tecum fracta iacet ſpes mea, perſtat amor.*

Gregorius Berſmanus.

ALCON ECLOGA,

SIVE

QVERELA,

# DE OBITV

EIVSDEM, SCRIPTA AD MAGNIFIC. ET GENEROSISS. V. Dn. CHRISTOPHORVM CAROLOVICIVM, EQVIT. AVRATVM, Cæsareæ Maiestatis à consilijs, &c.

*HVnc etiam Philyreia mihi concede laborē,*
*Quæ circùm herbosos saltus, et amœna frequen-*
*Amnis Elistræi nemora, et rorantia lymphis, (tas*
*Irriguis Plissæ lymphis rorantia tempe:*
*Muneris hunc mihi supremi concede laborem.*
*Dum Nymphis refero auditas, Faunisq; querelas,*
*Quas mollis nuper tiliæ viridante sub vmbra*
*Hinc Corydon, hinc astra vocans crudelia Damon*
*ALCONEM flentes, miseranda voce dederūt:*
*ALCONEM Phœbiq; decus, curamq; sororū.*
*Quem toties syluæ, toties & saxa canentem*
*Senserunt, syluæ comitatæ, & saxa canentem:*
*Et calamos miratus, aquas suppresit Elister.*

*At tu seu magni tractas res Daphnidis, ingens*

Europæ Melibœe decus, columenq; bonorum:
Seu curis vacuus paullatim, & fasce leuatus
Immenso, Clarias animum demittis in artes:
Huc ades, Alconisq; tui ne despice laudes:
Huc ades, ante alios si te studiosius ALCON
Obsequijs coluit, firmo complexus amore.

Aestus erat, Tauriq; means per cornua Titan
Accendebat agros, medio ardentissimus orbe:
Cum pecudes frigus captant, volucrumq; loquelis
Omne silet nemus, & ventosi murmuris aura:
Succedens antro Corydon, consorsq; doloris
Luctisonis Damon rumpebant questibus arua.
Et prior hæc Corydon gemitu iactabat inani.

CORYDON.

Quis dolor ô syluæ, quæ vos arbusta tenebat
Mœsticies, ALCON gelida cùm morte periret?
Nam neq; tum saltus, nec mollia prata voluptas
Vlla tenebat, agri squalebant, pascua luctu.

Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.
Illum etiam montes fleuêre, & saxa peremtum,
Deformes planctu montes, deformia saxa:
Et versæ in lacrymas abierunt fontibus vndæ,
Guttarumq; nouis creuerunt auctibus amnes.

Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.

Nec

*Nec mortē lacrymæ, nec ferrea numina placant,*
*Non Phaëthontiadum crebris si fletibus ortus,*
*Et seras condas iteratis fletibus vmbras.*
*Non si luminibus cumulem manantibus vndas,*
*Vndas Eridani, ripamq; sororibus auctam.*

*Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.*
*Responsura sono mulcentis rura Camœnæ,*
*Muta latet syluis alternæ vocis imago,*
*Incassum tentans ingrata silentia Musæ*
*Rumpere, iucundo consueti imitamine cantus.*

*Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.*
*Pinea semiferi capitis velamina tollens,*
*Pan calamos fregit, citharam suspendit Apollo,*
*Funere dilecti mœsto turbatus alumni:*
*Extinxitq; faces puer, abiecitq; pharetram,*
*Frontis & agrestem posuit Syluanus honorem.*

*Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.*
*Quos tumulo cernis vernanti surgere flores,*
*Pieridum lacrymis creuerunt: crescite flores,*
*Vobiscum nostri crescent monumenta doloris.*

*Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.*
*Plectra iacent sine honore, silent cantusq;, lyræq;,*
*Sibila nec frondes, nec fundunt murmura riui,*
*Omnia nunc mœrent: at cum modò viueret*
ALCON,

*Plectris*

Plectris stabat honos, cantusq́; , lyraq́; sonabant,
Sibila tum frondes iaciebant , murmura riui.

Dicite Elistriades lugubria carmina Musæ.
Deserti mussant agni, stat bucula celum
Suspiciens, nec gramen auet, nec fluminis vndã:
Vnus habet pecudes luctus, pecudumq́; magistros.

Claudite Elistriades lugubria carmina Musæ.
Vos mecum ô socij violas, & spargite nardum,
Et lauri nemus, & myrti bicoloris amœnum,
Et memori ingratum versu signate sepulcrum:
Quo situs est ALCON tumulo, solatia ruris,
Atq; amor, & charites recubant, et gaudia no- (stra.
Hæc Corydon: nunc quæ responderit ordine Damon,
Nympha refer: luctus infandi testis vtriq;.

DAMON.

Quis te, quis mihi te rapuit tam ferreus, AL- (CON?
Spes ô fida mihi, rebusq́; leuamen in arctis,
Et decus, atq; mei merces iucunda laboris:
Nunc dolor, & nullo saturandus tempore luctus.

Incipe funesti carmen mea tibia cantus.
Quæ comitem tibi sæua negat me Parca sub vm- (bras,
Pallentes vmbras terræ, noctemq́; profundam?
Quis

*Quis tenet expertem (ne sit mihi viuere) mortis,*
*Ingratum vitæ Deus, ingratumq́ salutis?*

*Incipe funesti carmen mea tibia cantus.*
*Elysiæ te nunc sedes, campiq́ beati,*
*Purpureumq́ videt nemus, & secreta piorum*
*Concilia, immemorem nostri, pecorisq́ relicti:*
*Me sine Sole dies cernunt, sine sidere noctes*
*ALCONEM suspirantem, ALCONEM-*
*QVE gementem.*

*Incipe funesti carmen mea tibia cantus.*
*Iam neq́ rura mihi, gelidisq́ in vallibus amnes*
*Arrident: nec me cantu solatur aëdon,*
*Carmina nulla iuuant mœrentem: viuite syluæ,*
*Viuite, nulla mei superest medicina doloris.*

*Incipe funesti carmen mea tibia cantus.*
*Conticuêre agris argutæ sibila cannæ, (men:*
*Dulce nec obloquitur Philomela sub ilice car-*
*At cuculis non vlla quies, vlulæq́, strigiq́,*
*Stridenti miserum disperdere gutture carmen,*
*Excercentq́ coax per stagna loquacia ranæ.*

*Incipe funesti carmen mea tibia cantus.*
*Arua quis hoc melius presso renouauit aratro*
*Aonidum, rastris glebas & fregit inertes,*
*Induxitq́ satis amnes, riuosq́ sequentes?*
*Quis campos longis purgare ligonibus, illo*
*Cautior,*

Cautior, & tribulos, & segnes tollere lappas?

Incipe funesti carmen mea tibia cantus.
Nunc inculta situ video durescere rura:
Syluaq; iam sterilis subit infelicis auenæ,
Et lolij seges, & paliuri ignobile germen.
Carduus, ô pueri fugite hinc, latet asper in her-
(ba.

Incipe funesti carmen mea tibia cantus.
Eheu quis Phœbi ducet per prata iuuencas,
Balantumq́; greges, & amantes saxa capellas?
Quis vaccis tandem vitulos, & matribus agnos
Submittet, puroq́; omnes in fonte lauabit?

Incipe funesti carmen mea tibia cantus.
Et quis erit tam mentis inops, vacuusq́; pudoris,
Qui calamos ambire tuos non desinat audax:
Quos Rhodani pastor, quos ripā Thyrsis ad Arni,
Quos Istrūq́; bibens veneratur, et accola Rheni:
Et quibus assurgit modulaminis autor Apollo.

Desine funesti carmen mea tibia cantus.
At tu (si quis honos) grata mihi semper auena
Pastores inter diuos celebraberis ALCON,
ALCONEM nemus omne canet, montesq́;
sonabunt,
ALCONEM pulsæ referent ad sidera valles.
Sis bonus ô, placidoq́; tuos nos respice vultu.

FINIS.

# DE PHILIPPO MELANCH-THONE ET IOACHIMO CAMERA-RIO DVOBVS SA-xoniæ ocellis.

*LVMINA bina Deus dederat Saxonidos oræ,*
*Melanchthonem & Camerarium.*
*Lumina qui postquam clauserunt, lumine cassa*
*Nunc prorsus est Saxonia,*
*Et cæcus cæco dux est, & vterq; labante*
*Vestigio in fossam ruunt.*

G. B.

LIPSIÆ
Imprimebat Iohannes Steinman.
TYPIS VOEGELIANIS.
ANNO
M. D. LXXVI.